All' Ill.mo e Sign. Cav. Avellino
omaggio dell' autore.

EPHESIACA

SCRIPSIT

ERNESTUS GUHL
PHIL. DR.

ACCEDUNT TABULAE TRES.

BEROLINI
PROSTAT IN LIBRARIA FRIDERICI NICOLAI
MDCCCXLIII.

EPHESIACA

SCRIPSIT

ERNESTUS GUHL
PHIL. DR.



ACCEDUNT TABULAE TRES.

BEROLINI
PROSTAT IN LIBRARIA FRIDERICI NICOLAI
MDCCCXLIII.

AUGUSTO BOECKH



EDUARDO GERHARD

ERNESTO TOELKEN

HASCE STUDIORUM PRIMITIAS

D. D. D.

AUCTOR.

PRAEFATIO.

Opusculo meo de rebus Ephesiorum pauca praemonenda videntur, ut et, quibus sim auxiliis usus, et quam rationem secutus, appareat. Ac primum quidem in re geographica exponenda hos adhibui libros:

Spon et Wheler, Voyage au Levant. Tom. I.
Tournefort, Relation d'un voyage au Levant. Par. 1718. Tom. III.
Chandler, Travels in Greece and Asia Minor. Oxf. 1776.
Chandler, Reisen, ins deutsche übersetzt. Leipz. 1776.
Pococke, Voyage en Orient trad. en franç. Par. 1772.
Choiseul-Gouffier, Voyage pittoresque en Grèce. Tom. I.
Dallaway, Constantinople ancien et modern. Lond. 1797.
Arundell, a Visit to the seven Churches of Asia. Lond. 1828.
Leake, Asia minor. Lond. 1828.
Poujoulat: in Michaud et Poujoulat, Correspondance d'Orient. Par. 1833—1835. Tom. III.
Burgess, Greece and the Levant. 2. Vol. Lond. 1834.
Prokesch, Denkwürdigk. aus dem Orient. Tom. II. 1836.
Arundell, Discoveries in Asia minor. London 1834.
Fellows, Journey cett. Lond. 1839.
Hamilton, Researches in Asia Minor. 2 Vol. Lond. 1842.

Alios, Cornelium le Bruyn (Delpht. 1700), Dapperum, qui ruinas delineavit (Asia. Nuernberg.), Comitem de Forbin, qui de templo quaedam habet (cf. Clarac et Visconti, Description du Musée royal. p. 393.) adire mihi non licuit. Maximae autem utilitati mihi fuerunt, quae Kiepertius, ex itinere modo re-

dux, summa liberalitate atque amicitia mecum communicavit. Is enim, quum ipsam Ephesum et regiones circumjacentes perlustraverit, tam accuratam earum notitiam sibi comparavit mecumque communicavit, ut meae confectae jam de Ephesiae situ expositioni, multa eaque gravissima inde addenda mihi viderentur.

Quare facere non possum, quin publice ei gratias agam quam maximas et, quae in hac opusculi parte aliqua laude digna videantur, ea fere omnia Kiepertio me debere ingenue confitear.

De ratione, quam in rebus gestis Ephesiorum enarrandis secutus sum, nihil fere quod praemonendum mihi videatur habeo; in rebus autem sacris describendis et in natura Dianae Ephesiae constituenda, quam viam inierim, eo magis exponendum videtur, quo magis a Virorum Celeberrimorum sententiis recesserim *). Quod, nisi ipsa Summorum Virorum sententiarum discrepantia me adjuvasset, vix ausus essem. In re igitur tam difficili et a tot tantisque Viris pertractata, ne quid vagi tantum, aut quod conjecturis potius, quam certis argumentis niteretur, proponerem, praemissis, quae de sacris Pelasgicis ad Caystrum institutis (§. 1), et de Dianae Arcadicae notione (§. 2) dicenda videbantur, singula ex quibus numinis cujusdam natura atque notio cognosci possunt, indicia separatim exposui. Inter quae primum sine dubio locum tenet ipsius terrae et soli natura, cujus quantum

*) Scripserunt de Diana Ephesia l. infra l.
Menetrejus, Dianae Ephesiae statua symbolica. Rom. 1688.
Caylus, Mém. de l'acad. des inser. Tom. XX.
Creuzer, Symbolik. Tom. II.
Mueller, Dorier. Tom. I.
Stuhr, System der Myth. Tom. II.
Schwenck, Etym. Myth. Andeutungen.
v. Meyer, Ueber die Vorstellung der Diana von Ephesus. (Bibliothek d. a. Lit. und Kunst von Heeren St. X. Gott. 1793.)
Böttiger, Ilithyia oder die Hexe.
Richter, Uebersicht der Mythologie.

in res mythologicas definiendas sit momentum, vix monendum est (§. 3 praeter universum cap. I.) Sequuntur et fabulae (§. 4) et symbola sive attributa, de quibus §§. 5. 6 disserui. De nomine autem, ne quid praeposterum proferrem, prioribus tantum indiciis expositis, §. 7 dicendum censui. — Quum vero hucusque de una tantum eaque primaria Deae nostrae significatione dixissem, eae quoque rationes conferendae erant, in quibus cum aliis numinibus similitudo quaedam aut cognatio appareret; quo factum est, ut nonnullarum etiam, quas hucusque Vv. Dd. proposuerunt, sententiarum causae atque argumenta cognoscerentur (§. 8). Hisce igitur, quae ad interiorem Dianae Ephesiae naturam spectarent, expositis, de externis cultus rationibus dicendum censui (§§. 9—11) et de reliquis, quos Ephesi cultos reperimus Diis omnia colligenda (§§. 12. 13). Quam rationem si quis in Dianae Ephesiae natura constituenda Illustrissimorum Virorum sequi voluisset, et sententia de' celeberrimo hoc cultu gauderemus multo certiori, neque ego, tiro prorsus, primo hoc studiorum publico specimine, cum tantis Viris certamen inire unquam periclitatus fuissem.

Quod vero ad quartum dissertationis caput attinet, antecessores habui in ea tantum parte, quae de templi historia et structura est (pars II, §§. 1. 2). Praeter veteres enim Demetrium (cf. c. IV, I, §. 2, V) et Philonem Byzantinum (Spectac. Mundi c. VII ed. Allat.) recentiores de templo scripserunt Leo Allatius, ad Philon. Byz., Magnus Beeth: de templo Dianae Ephesiae. Dissert. Upsall. 1700; Forster sur le temple de la Diane d'Ephèse. Mémoires de la societé des antiqu. de Cassel 1793; Hirt: Ueber den Tempel der Diana von Ephesus. Berl. 1809. — Gesch. der Baukunst I, p. 232. — Versionem germanicam libri Stuartii Ant. of Ath. (V, I, p. 332) adire non licuit. Alios passim infra laudatos invenies.

De Epheso autem Christiana, quamvis et de ecclesiae, quam Divus Ioannes et D. Paulus ibi condiderunt, historia multa jam collegissem, et episcoporum inprimis Ephesiorum seriem composuissem, in opere, cujus pars non parva in sacris paganorum exponendis versatur, obiter dicere haud pium duxi.

Quod denique ad librum attinet, quem Walter Copland Perry „de rebus Ephesiorum" conscripsit (Götting. 1837), ejus mentionem hic fecisse sufficiat.

CAPUT PRIMUM.

Ephesiorum Terrae et Urbis descriptio.

CAPUT SECUNDUM.

De rebus gestis Ephesiorum.

CAPUT TERTIUM.

De rebus sacris Ephesiorum.

CAPUT QUARTUM.

De literis et artibus Ephesiorum.

PARS PRIMA.

Scriptores Ephesii.

PARS SECUNDA.

De artibus Ephesiorum.

EPHESIACA.

Τὰν δόρυ καὶ Μοίσαις αἰπυτάταν Ἔφεσον.

CAPUT PRIMUM.

Ephesiorum Terrae et Urbis descriptio.

Οὕτω φιλαίτιος οὐδείς, ὅστις ἂν μέμψαιτο ἐκείνης τῆς πόλεως τοὺς ὅρους· πολλὴ μὲν γὰρ εἰς μεσόγαιαν ἀεὶ βαδίζοντι, πολλὴ δ' ἐπ' αὐτῆς τῆς θαλάττης, πανταχοῦ δὲ ἱκανὴ παρασχεῖν ἅπαντα ὅσων δεῖ πόλει, διαίταις τε ἁπάσαις ἀρκέσαι, ὅσαις ἄνθρωποι διαιτᾶσθαι δύνανται καὶ προαιροῦνται.

Aristides orat. de Concord. p. 775. ed Dind.

§. 1.

Quum in universum Graecia summopere locorum suorum natura iis faveret, qui illam habitarent, et veteres Graeci optime id intelligentes omni modo iis, quae natura praebuisset, commodis uti studerent, in condendis quoque extra Graeciam coloniis opportunissima semper loca occupasse eos videmus: qua in re adeo iis favebat fortuna, ut harum nonnullae mox ipsam patriam terram superarent. Quod in nullis magis manifestum est, quam in iis, quas Iones in Asia condiderunt. Nam praeter illud commodum, ut gentes haud mediocris cultus vicinas haberent, a quibus et ipsi possent, quae utilia sibi viderentur in usum suum adsumere, inprimis peropportuno ad commercium terrae situ gaudebant.

Qua de re, antequam ad singula describenda accedamus, pauca dicturi sumus.

Asiae enim ea ora, quae ad occidentem et Aegeum mare vergit, praeterea quod Graeciae maxime vicina esset, vel eam ob causam Graecis magnopere placere debuit et apta videri, in qua sedes sibi eligerent, quod locorum natura, coelique temperie Graeciae simillima esset frequentesque sinus et portus optimi navigationi et commerciis maritimis valde faverent. Sed aliis quoque commodis gaudet, quibus ipsa Graecia caret; a tergo enim ingentes Asiae planities habet, quae faciles commercio vias praebent usque ad Euphratem et in interiorem Asiam. Facillime enim interior illa pars, quum montibus ceterum undique praesepta sit, per campos istos longe porrectos aditur, per quos Hermus et Maeander fluvii ex interiore Phrygia leni declivitate decurrunt. Inter quos breviore cursu Cayster, ad cujus ostium Ephesus sita est. Ita quum Miletus Maeandri ostium occupasset, Phocaea et Smyrna ab Hermi ostiis haud procul distarent; hac fluviorum opportunitate Iones optime usos esse videmus. Attamen Phocaeam et Miletum non minus atque civitates, in insulis conditas, longinqua potius maritima commercia exercuisse constat: unde intelligitur, cur eae potissimum civitates plurimas duxerint colonias in terras maxime remotas.

Ephesus contra et Smyrna nullas fere duxerunt colonias (cf. c. II, §. 3.) sed interiorum potius terrarum, quae facili opera iis se offerebant, commercia occuparunt; utrique urbi situ maxime favente. Quippe Smyrna paullulum tantum distat ab Hermi campo, longe ultra Sardes ad Phrygiae fines usque patente; Epheso autem per Caystrium campum et Tmoli fauces Sardes facile adeuntur, in Maeandrium vero campum, haud amplius octoginta stadiorum montanum iter est per Magnesiam Maeandri. Quam viam maxime usitatam fuisse scimus ex descriptione Artemidori Ephesii (ap. Strab. XIV, 663), qui omnes ab

Epheso in Orientem pergentes proficisci dicit per Maeandri campum urbesque Tralles, Laodiceam, Apameam, per Lycaoniam et Cappadociam usque ad Euphratem.

Ephesiorum autem territorium, quum ad maris oram vicinis Colophoniorum et Samiorum agris angustioribus finibus terminaretur, eas, quae Caystro adjacent interioris terrae partes, complexum esse eaque parte latius patuisse videtur. — Itaque jam de ipsius urbis situ primum dicemus, deinde de ora Ephesiorum, postremo autem de locis mediterraneis. Atque haec videntur seriore demum tempore Ephesii occupasse.

§. 2.

Qua igitur parte Cayster amnis inter praeruptos [1]) Gallesii montis [2]) clivos et Pactyae [3]) radices septentrionales cursum suum ad vicinum mare dirigit, limo, quem e montibus delatum ibi deposuit, haud magnam effecit planitiem, quam fluvii alluvione paullatim e mari emersisse ipsi veteres recte jam viderunt [4]); ita ut vel Syrien insulam, teste Plinio [5]), terrae adjecerit; quod et aliis postea insulis accidisse colles nonnulli saxosi testantur, qui hodie in medio eodemque planissimo Ephesi campo con-

---

1) Chandler p. 157. — Poujoulat p. 274. — Tournefort p. 388. „ces montagnes sont horriblement taillées à plomb et font un aspect affreux.“ — „Precipices of a stupendous height abrupt and inaccessible“ Chandler p. 130. ed. angl. 2) Strab. XIV, p. 642.; hodie Alaman Dagh, secundum Kiepertum, minus recte Aleman apud Chandlerum;, ceterum pinis abundat et pratis aquarumque rivulis, qui ubi confluunt, majorem efficiunt rivum Haleentem nomine; is quum exiguum Colophoniorum agrum perfluit, praeter veteris Colophonis rudera descendit ad littus et juxta Notii urbis (quondam Colophoniorum portus) parietinas in mare prolabitur, quod optime exposuit Arundell Visit. p. 304. 3) Strab. XIV, 636. 647. 4) Strab. XV, 691. — Herodot. II, 10. *τῶν γὰρ οὐρέων τῶν εἰρημένων τῶν ὑπὲρ Μέμφιν πόλιν κειμένων τὸ μεταξὺ ἐφαίνετό μοι εἶναί κοτε κόλπος θαλάσσης, ὥςπερ γε τὰ περὶ . . . . . Ἔφεσόν τε καὶ Μαιάνδρου πεδίον.* 5) Hist. Nat. V, 31.

spicui sunt [6]). Haec igitur planities quum septentrionem versus Gallesio monte ad mare usque accedente praecludatur atque a Colophoniorum agro dirimatur, meridiana parte terminatur collibus, qui a Pactya, variis sub nominibus ad eam descendunt. Quorum medii duo, Coressus scilicet et Prion, antiquae urbis ruderibus etiam nunc magis insignes sunt; tertius occidentem versus maxique propior Solmissus a veteribus videtur appellatus fuisse [7]) et leni convalli a Coresso separatus [8]). Quartus denique, omnium minimus, ad orientem spectans mediaque in planitie, a qua undique circumdatur, situs castello recentiori aevo exstructo munitur et in clivo meridionali exiguum Turcarum vicum habet Ajasluk, ex urbe Turcica superstitem, cujus magnificae parietinae late circumjacent.

Inter quos colles maxime insignis est Coressus [9]), qui ab altioribus jugis occidentem et septentrionem versus altis et praeruptis saxis [10]) ad Caystrum et mare procedens [11]), ubi ad hoc descendit ima sua parte peculiarem tamquam montem, paulisper tantum a principali jugo separatum efficit, qui Athenaeum videtur appellatus fuisse (cf. c. II, §. 2.). Aliquoties tamen et hanc partem, quae extra moenia Lysimachi, quorum rudera supersunt, sita erat, Coressi nomine appellatam invenimus [12]). Altera ex parte, septentrionem versus, Pactyaeque, quam mari propior, Coresso oppositus est mons Prion [13]), falso Pion aliquibus dictus [14]), qui a Coresso alta quadam et angusta

---

6) Kiepert. 7) Strab. XIV, p. 639. 8) Convallem amnis perfluit Cenchrius Strab. l. l. — Poc. 70. 71. 9) Sic melius appellatur quam Corissus v. Steph. Byz. s. v. 10) Unde et Trachea haec ejus montis pars appellata est Strab. XIV, p. 634. 11) Kiepert. — Chandl. p. 169. vers. Germ. — Pococke p. 46. p. 71. — Pouj. p. 281. 12) Herodot. V, 100., ubi Iones contra Sardes profecturi *πλοῖα μὲν κατέλιπον ἐν Κορήσσῳ τῆς Ἐφεσίης.* „Nisi Coressus vicus, quem Stephanus praebet est intelligendus“ Kiep. 13) *Πρίων* Paus. VII, 5. 10. (ed. Bekk.). — *Πρήων* Straboni est. cf. Salmas. ad Solinum 40. p. 568 B. 569 AB. 14) Plin. H. N.

convalli sejunctus [15]), forma fere rotunda [16]) duobusque cacuminibus ornatus e planitie ascendit [17]). Qua ad Coressum spectat, multo altior est atque praeruptior unde Lepre acte antiquitus appellatus est [18]). Mons porro Ephesiorum, cujus tamen situs ignoratur, est Lyssus [19]) et monticulus quidam in urbe partim situs, partim extra urbem, Ceryceum [20]). Quem autem extra urbem situm describit Procopius [21]), is procul dubio idem est, ad quem hodie situs est vicus Ajasluk [22]), etsi antiquum ejus nomen cognitum non habeamus, nisi forte idem iste sit Lyssus. —

§. 3.

Androclus, fugatis ejus terrae incolis (cf. c. II, §. 2.) prima urbis initia circa Athenaeum posuit iisque mox adjecit eam partem, quae circa Coressi montis radices sita [1]), qua ad Prionem spectabat, Trachea dicta est, qua

---

V, 31. — Codd. Paus. l. l. — Eodem plane modo Priene apud Melam I. 17. Piene audit. 15) Etroit vallon, qui sépare le mont Prion du Coressus Pouj. p. 290. cf. p. 288. „situé auprès du Coressus, dont il se détache àpeine.“ Chandl. p. 169. — „Haec convallis, quum, ubi ad inferiores urbis partes excurrit, satis profunda sit, meridiem versus tanta surgit acclivitate, vix ut appareat vallis, montiumque Prionis et Coressi superiora juga quasi cohaerere videantur“ Kiepert. 16) „D'une hauteur mediocre et de forme presque ronde“ Pouj. p. 288. — „Zirkelförmig“ Chandl. p. 169. 17) „La montagne Prion a deux sommets, entre lesquels est un terrein creux“ Poc. p. 46. 18) Hipponax Ephesius ap. Strab. XIV, p. 634. — de nomine cf. Salmas. l. l. 19) Conon Narrat. XXXV, *Λυσσὸν τὸ ὄρος τῆς Ἐφεσίας* (accus.) cf. c. IV, §. 12, n. II. 20) *ἔστι δὲ καὶ Κηρύκειον ὄνομα λόφου τῆς Ἐφέσου.* Lex. Gudian. Etym. Magn. s. v. 21) De aedificiis V, 1. p. 360. *χῶρόν τινα πρὸ τῆς Ἐφεσίων πόλεως ἐν ὀρθίῳ κείμενον ξύμβαινεν εἶναι οὐ γήλοφον . . ἄλλα σκληρόν τε καὶ τραχὺν ὅλως.* 22) „Tertre, qui s'étendant du nord au sud, domine toute la plaine“. Tour. p. 391. — Chandl. p. 187.

1) *Ὤκισεν . . . . . περὶ τὸ Ἀθήναιον καὶ τὴν Ὑπέλαιον . . . . προςπεριλαβὼν καὶ τῆς περὶ τὸν Κορησσὸν παρωρείας.* Strab. p. 640.

ad occidentem et meridiem et Athenaeum *τὰ ἐπὶ Κορησσὸν* [2]). Quibus locis auctis interea Smyrna vico (cf. c. II, §. 3.) circa Croesi aetatem ad planitiem descensum est, in qua postea templum erat [3]). Ibi habitarunt Ephesii, donec Lysimachus circa Prionem urbem aedificavit [4]) eamque, adjectis Trachea et Smyrna, moenibus circumdedit [5]), quae, quum summum Coressi jugum occuparent, et maximam Athenaei partem ab urbe separarunt [6]) et *τὰ ἐπὶ Κορησσὸν*, quae ad meridiem spectabant. Ex his deinde natum oppidulum quoddam est Coressus [7]), quod, licet tamquam vicus [8]) ad urbem pertinuerit, diserte tamen ab ipsa Epheso distinguitur [9]).

Trachea autem, diu nomine servato, paullatim cum Smyrna vico, qui inter hanc partem et Prionem situs erat [10]), propter viciuitatem coaluisse videtur totusque tractus ille inter Coressum et Prionem uno Smyrnae Tracheae nomine comprehensus esse [11]).

Antequam vero ad caeteras urbis partes describendas accedamus, in universum notandum est, magnam Ephesi nominum multitudinem vix aliter explicari posse, quam ut aut singula nomina singulis vicis tribuamus [12]), aut, quod

---

2) Creophyius sic distinguit ap. Athen. VIII, 361., c. d. e. *κτίζουσι Τρηχεῖαν καὶ τὰ ἐπὶ Κορησσὸν κτλ.* 3) Strab. l. l. *ἀπὸ τῆς παρωρείας καταβάντες περὶ τὸ νῦν ἱερὸν ᾤκησαν.* 4) *ἡ δὲ πόλις ἐν κοίλῳ τόπῳ κατοικισθεῖσα χειμῶνος κατεκλύσθη καὶ μυρίων ἀποθανόντων Λυσίμαχος τὴν πόλιν μετέθηκεν ἔνθα νῦν.* Steph. Byz. s. v. „Ephes.“ Strab. XIV, p. 640. cf. c. II, §. 8. 5) Quorum rudera quum adhuc supersint, ex comparatis omnium, qui ea viderunt, descriptionibus et Kieperti delineatione circuitum urbis dedi in tab. II. 6) unde *τὸ Ἀθήναιον τὸ νῦν ἔξω τῆς πόλεως ὄν* ap. Strab. l. l. 7) Steph. Byz. *Κορησσὸς πόλις τῆς Ἐφεσίας;* fortasse eodem referendus est locus ille, quem supra laudavimus, Herodoti, V, 100., cum Iones ad Coressum Ephesiae navibus adpulisse tradit. 8) cf. *προάστεια* apud Philostrat. Vitt. Soph. II. Dam. 9) Paus. V, 24. 8. 10) Strab. p. 634. 11) Plin. V, 31. — Smyrna cognomine Trachea. 12) Quod multi sane viderunt ut Tschukke ad Melam I, 17. 2. „fuerunt haec fere urbis partium no-

paullo infra exponemus (c. II, §. 1.), a diversis populis derivemus, qui hanc regionem quondam tenuerunt.

De Smyrna res aperta est, hoc enim nomine universam Ephesum appellatam esse plerique tradiderunt [13]); vicus tamen est apud Strabonem [14]), cujus situm, quem ex ipsa Hipponactis descriptione cognoscere jam licet [15]), gymnasii, quod in eo exstructum fuisse memorat Strabo [16]), ruinae confirmarunt, a recentioribus in eodem prorsus loco repertae [17]). De Samorniae [18]) sive Samornii [19]) nominibus a Smyrna haud diversis aptiore loco infra dicetur c. II, §. 3.

Supra Smyrnam, vel potius in ipsius Smyrnae parte septentrionali, Opistholepria sita erat, quam ita appellarunt propterea quod Prion, in cujus radice meridionali exstructa erat, hac parte Lepre acte audiebat [20]).

Prion vero ipse, quem acropolin appellare licet [21]) et aedificiis plenus erat [22]) et muro cinctus [23]), cujus nunc etiam ruinae exstant (cf. IV, II, §. 3.). Ptelea, quod inter nomina Ephesi recensetur [24]), vicus erat ad Caystrum e regione templi situs [25]), quem ita appellatum

---

mina", singulis vero partibus certum locum assignare nemo suscepit, nisi Salmasium excipias, qui plurima hac de re disputat ad Solin p. 569 ss. 13) Plin., Steph. Byz., Eustath. ad Dionys. v. 827. 14) p. 634. *καὶ τόπος δὲ τις τῆς Ἐφέσου Σμύρνα ἐκαλεῖτο* 15) Ib. *Ὤικει δ' ὄπισθε τῆς πόληος ἐν Σμύρνῃ Μεταξὺ Τρηχέης τε καὶ Λεπρῆς ἀκτῆς.* 16) Ib. *ἡ Σμύρνα ἦν κατὰ τὸ νῦν γυμνάσιον.* 17) Poc. p. 53. — Chandl. p. 172. — Pouj. p. 282. cf. IV, II, §. 3. 18) Steph., Byz., Strab. l. l. 19) Plin. V, 31. „Samornion" Quod vero ibi est „Mox Ortygia et Amorges" Salmasius recte mutasse mihi videtur in „Mox Ortygiae et Samornes" p. 569. b. F. 20) Strab. p. 633. *τὰ γοῦν ὄπισθεν τοῦ Πρηῶνος κτήματα ἔτι νυνὶ λέγεται ἐν τῇ Ὀπισθολεπρίᾳ* et *λεπρὴ μὲν ἀκτὴ ὁ Πρηών.* 21) „Arx" est apud Front. Strateg. III, 3. 7. 22) Quod ostendit numus Ephesinus, siquidem *ΠΕΙΩΝ* de Pione teiligi potest, quod conjecit Hase ap. Mionn. Supplem. VI, n. 413—415. 23) Strabo l. l. 24) Plin., Strab., Steph. Byz. 25) Unde apud Stephanum *ἦν δὲ καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος ἐκεῖ* cf. Salmas. l. l. p. 570. et quem apud non-

censeo, quod *πτέλεα* i. e. ulmus antiquissimum templum fuerit (cf. c. III, §. 1.) et plures ejusmodi arbores ibi crevisse veri haud dissimile sit [26]). Utut vero est, vicum Pteleam fuisse titulus Ephesinus docet [27]).

Τοῦτον ὃν εἰσορᾷς τύπον ὄρθιον Ἀντωνείνου
Δωρόθεος Πτελέῃ θήκατο κρυπτόμενον.

Ortygia denique, quod et ipsum Ephesi nomen fuisse traditur [28]), lucus erat infra urbem inter Solmissum atque Athenaeum sive Coressum situs [29]) templisque et antiquis et recentioribus plenus (cf. c. IV, II, §. 3.), quem, domibus deinde adjectis, in oppidulum postea mutatum censeo, quod a Cenchrio fluvio, qui convallem istam transit, Cenchrium nomen acceperit [30]). Ejusmodi denique vici minores Sisyrbe [31]) et Daetis [32]) erant, quorum ultimum in majore vico Ptelea collocandum esse non una ratio docet. cf. c. III, §. 4.

Portas urbis has constituere posse mihi visus sum. Ad occidentem versus, qua parte ad portum urbs spectavit inferiorem, porta erat et via, quae ad littus maris ducebat [33]); hanc ad meridiem versus altera excepit inter Athenaeum et Coressum et via, quae Pygela ferebat [34]).

---

nullos laudatum inveni Petitum de Amazonibus. 26) Nescio an huc spectet Steph. Byz. s. v. *Πτέλεον πόλις τῆς Ἰωνίας . . . καλεῖται δὲ ὅτι πολλὰς ἔχει πτελέας.* Quo loco confirmatur sane ratio, quam nos in nomine derivando secuti sumus; ceterum et nunc vicum Ajasluk ulmis abundare affirmat Kiepert. 27) C. I. II, n. 2967. Quum enim temporibus tam recentibus Pteleae nomen de tota urbe vix usurpatum videatur (Boeckh. l. l. — Jacobs Anth. Pal. ep. 365. — Anall. III, I. p. 385.) vicum potius Pteleam intelligo. 28) Plin., Steph. Byz., Eustath. all. 29) Tacit. Ann. III, 61. „lucum esse Ortygiam" cett. Strab l. l. cf. §. 2. et c. III, §. 12. n. 1. 30) Quod docet numus Ephesinus *ΠΟΛΙC ΚΕΝΧΡΙΟC ΕΦΕCΙΩΝ* inscriptus; ita enim pro *Κενχιρος* legendum censeo ap. Mionn. Suppl. VI, n. 416. 31) Steph. Byz. *Σισύρβη μέρος Ἐφέσου.* Strab. p. 633. *ὡς καὶ ἀπὸ Σισύρβης Σισυρβῖται τινες τῶν Ἐφεσίων ἐλέγοντο.* 32) Etym. Mgn. *Δαιτίς τόπος ἐν Ἐφέσῳ.* 33) Chandl. p. 176. 34) Chandl. l. l. — Hamilton II.

In muro orientali duae portae erant, altera meridionalis, qua Magnesiam [35]), altera, qua Sardes et Smyrnam via erat [36]), cujus pavimentum etiam recentiores sub clivis Gallesii animadverterunt [37]) et ad templum, quocum porta ista recentioribus temporibus stoa quadam conjuncta erat (cf. c. IV, II, §. 1.). Ex hac vero praeter eam quae Sardes et Smyrnam ferebat, alia via exiit, quae, quum in Magneticam viam paullo infra portam Magneticam incideret, *κάθοδοι Μαγνητικαὶ* appellabatur [38]). Ultima denique quam novimus ad septentrionem vergebat et planitiem, qua via erat Colophonem proficiscentibus prope maris oram [39]).

Restat ut de portu Ephesino dicamus, quem peropportunum fuisse ipsi veteres affirmant [40]). Duo ille sinus complexus est [41]), quorum alter, ad occidentem urbis situs, quem portum appellare liceat inferiorem, ipsius orae sinu effectus Panormus audiebat, quem Strabo [42]) inter Pygela oppidum et Ephesum ponit cum templo Dianae (eodem haud dubie, quod Ortygiae fuisse postea apparebit); alter autem, quem Attalus, rex Pergamenus (cf. c. II, §. 9.) magnis molibus, quarum rudera ad ripas Caystri hodierno adhuc die conspiciuntur [43]), restituere conatus est [44]), ad septentrionem situs et ab ipsius Caystri ostio effectus erat [45]) et Dianae cujus templus quondam alluerat [46]), sacer habebatur [47]). Hodie autem in permagnam

35) *πύλαι Μαγνητίδες* Paus. VII, 2. 9. — Strab. XIV, p. 647. cf. c. IV, II, §. 3. 36) Strab. p. 632. 37) Choiseul-Gouffier, Tournefort, Pococke, Poujoulat, Hamilton I, 541. 38) Philostr. Vit. Soph. II, 23. p. 102. (ed. Kayser). Haec via ita describitur apud Pausaniam I. l. *ἐκ τοῦ ἱεροῦ παρὰ τὸ Ὀλυμπιεῖον καὶ ἐπὶ τὰς πύλας τὰς Μαγνητίδας.* 39) Cf. Itinerar. 40) Anonym. Expos. Mund. p. 11. (ap. Hudson Geogr. min. tom. III.) Scylax p. 90. 41) Cf. interpretes ad Livium XXXVII, 10. (ed. Drakenb.) 42) Strab. XIV, 639. 43) Chandler 187. Arund. 52. 44) Strab. XIV, 641. 45) Chandl. 187. 46) Plin. V, 31. 47) Creophylus ap. Athen. VIII, 361. *ὁ ἱερὸς λιμήν.*

paludem cum Caystro ostio quodam cohaerentem fluvii alluvione mutatus est [48]).

Quos vero ad recipiendas naves onerarias minores portus Damianus Sophista suis impensis adjecit, ubi siti fuerint propter perpetuam Caystri alluviem pro certo affirmari, non potest [49]). Notanda est postremo palus quaedam supra urbem sita τὸ ἕλος ἐπὶ τὰ ἕτερα τῆς πόλεως (ad septentrionem scilicet versus) Xenoph. Hell. I, 20, 7. in qua templum situm erat (Cap. IV, p. II, §. 1.).

§. 4.

Absoluta hac de urbis situ et partibus quaestione, explorantibus nobis, quantum ejus ditio et circa maris oram et in interiora patuerit, occidentem versus facile finis sese offert a natura impositus, Aegaeum mare vel ejus sinus qui a fluvio Caystrius audiebat, paulloque ad septentrionem vergens Gallesii montis juga, quae a vicina Colophone [1]) Ephesum sejungunt. Et Austrum versus et Eurum haud difficile dictu est, quousque Ephesiae fines processerint; longe enim abesse ab urbe non poterant, propter vicinas Magnetum, Prienensium, Samiorum urbes. Nam quum Lydia, — cui ab Herodoto [2]) Ephesus, prima meridiem versus inter Ionicas urbes adscribitur, quamvis et Cares ibi habitassent eaque regio ambigua inter Cares et Lydos haberetur, — incipiat a Trogylio, Mycales montis promontorio Samo insulae opposito, attamen in hac Mycalesia ora Samii quoque oppida quae-

48) Arund. 52. Pouj. 290. „le port de la ville changé en marais“. Chandl. 181. Tournef. 398. 49) Philostr. II, 23.

1) Nam septuaginta tantum stadiis sec. Strab. XIV, 643. sive octoginta ut mavult. Xen. Ephes. I, p. 8. ab Epheso distat, quo loco et ejus rudera cum Clarii oraculi caverna reperta sunt ab Arundello, Visit p. 304 sq. quare Tabulae Pentingerianae numerus XX mp. in X, (hoc est 80 stadia) mutandus est. Kiepert. 2) I. 142. Quae enim meridiem versus a Mycale erant Jonum urbes, Priene, Myus, Miletus, Cariae adnumerabantur.

dam tenebant [3]), ita ut Panionium ipsum, a quo Ephesiorum oram incipere dicit Strabo [4]), ambiguum inter eorum Samiorumque et Prienensium ditionem fuisse videatur, qua de re, de oppidis Ephesiis dicturi (§. 5.) amplius exponemus. A Mycale vero orientem versus et septentrionem, duo excurrunt montes, exigua tantum planitie, quae nunc Aktschova audit, satis alto loco inter montes posita et vineis hortisque abundante a Mycale separati, inter se tamen montano quodam tractu arduo et difficili cohaerentes, per quem ex ea quam diximus planitie Lethaeus fluvius rapido cursu multisque ex utroque monte receptis aquarum rivis in Magnesiae campum, et ab hac in Maeandrum decurrit; Magnesiae vero ipsius rudera, centum tantum et viginti stadiis, ut veteres tradunt [5]) ab Epheso distantia, satis ampla conspiciuntur in loco qui nunc dicitur Eine-Basar [6]), imminente duorum illorum montium eo, qui meridiem versus spectat, quem ideo Thoracem veterum fuisse constat [7]). Alter vero, qui septentrionem versus a Lethaei cursu situs super ipsum Ephesi campum ad Caystrum excurrit, et ad haud mediocrem altitudinem ascendit, orientem versus per humiliora juga, per quae nunc directa a Smyrna Tralles versus via transit, conjunctus est cum altá Messogide, meritoque veterum Pactyas censetur, quem inter Messogin et Mycalen in Ephesia terra situm tradit Strabo [8]), alioque loco [9]) diserte *τὸ τῶν Ἐφεσίων ὄρος* appellat, quippe inter eos qui altitu-

---

3) *μέρος δὲ τι ἔχουσι αὐτῆς καὶ οἱ Σάμιοι.* Strab. XIV, 639. *Πανιώνιον ἐν τῇ παραλίᾳ τῶν Ἐφεσίων καὶ τῶν Σαμίων.* Steph. Byz. v. *Πανιώνιον.* Cf. de hac Samiorum ora ejusque oppidis Leake p. 260. Panofka Res Samiorum §. 1. 4) l. c. *Ἐφεσίων παραλία.* 5) Ita Artemidorus ap. Strab. XIV, 663.; Plinius, quod idem est, quindecim mill. p., V, 31. errat igitur auctor Tabulae Peutingerianae, quae XXX mp. ponit. 6) Kiep. — Hamilt. I, p. 538., minus recte ab Arundello Visit, p. 58. aliisque appellatur Inek Basar. 7) Strab. XIV, p. 647. 8) Strab. p. 636. 9) Strab. p. 647. Cf. de Magnesiae et Ephesi finibus Vitruv. VII, 7.

dine sua montium nomine digniores sunt, Epheso maxime vicinum. Ita praeter hunc et planities illa sive convallis Aktschova Ephesiorum ditioni adnumeranda erit, praesertim quum Epheso sit propior quam Magnesiae et ab hac arduo montium tractu sejuncta. Descendunt autem ex ea e Lethaei regione, qui ad orientem vergit, convalles quaedam meridiem versus et occidentem ad Panionium et Scalam novam, quae nunc appellatur, et septentrionem versus ad Ephesi campum ipsamque urbem alia, cui nunc nomen Aghys-atschyk-Deressi, quae et ex Pactyae clivis plurimos rivos accipit, antiquae ab Epheso Magnesiam viae, cujus et hodierna tractum sequitur, et aquaeductus ruderibus insignis, fluviolo praeterea, qui inter Ajasluk vicum et Ephesi ruinas ad Caystrum decurrit praeter eum locum, ubi templum Dianae situm fuisse postea demonstrabimus [10]), idcoque veterum Selenus sive Selinus habendus est. Cujus de nomine ut accuratius constet, memorandi sunt duo lacus Selenusii, qui ad septentrionem campi Ephesii et Caystri [11]), ad radices Gallesii siti, rivulis nonnullis ex hoc monte descendentibus nutriuntur, et paludoso tractu cum mari cohaerent [12]). Quorum reditus quum ad templum Dianae pertinuissent, ipsisque lacubus antiquum quoddam fanum adstructum esset [13]) inde fortasse errore quodam illud Plinii ortum est: templum Dianae complexi e diversis regionibus duo Selenuntes: [14]) nam Strabo de uno tantum loquitur, quem

10) Quae huc usque de montium situ fluviisque diximus, debemus Kiepertio qui eam regionem accuratius ipse inspexit, comparatis praeterea aliorum testimoniis, quae omnia commemorare longum est; rem ut est satis perspicue exposuisse sufficit. 11) Strab. p. 642. Chois. Gouff. in tab. geogr. — Pouj. 279. — Chandl. p. 185. 12) ἐκ τοῦ πελάγους ἀναχεομένη Strab. l. l. — Chandl. p. 171. — Kiep. — Pouj. p. 279. „situés à peu de distance de la mer et communiquant avec elle“ „rempli de joncs et de roseaux.“ 13) Strab. ibid. 14) Plin. V, 31. ubi scripturam Selenus Harduinus e codd. restituit, cui assentitur Spanhem. ad Callimachi hymn. ad Dian. v. 249.

quidem Selinunti per Aegium Achajae oppidum transeunti et Selinunti Elidis ad cujus ripam Xenophon Ephesiae Dianae fanum condiderit, *ὁμώνυμον* tradit [15]), quod tamen non ita est urgendum ut fluvium non eodem modo ac lacus, Selenuntem recte esse appellandum censeamus [16]). Nisi velis alterum Plinii Selenuntem eum rivum existimare, qui satis exiguus a vico Kirkindsche e Pactya monte ad septentrionem vici Ajasluk in campum descendit ad Caystrum; quod nisi placet, potest is Marnas esse, Ephesi vel fluvius [17]) vel fons [18]), e nummis solis Ephesinis nobis cognitus (cf. cap. III, §. 13. VII.). Alia minorum fluviorum nomina ignorantur, praeter Cenchrium, de quo diximus, qui Ortygiam vicum transit prope montem Solmissum et ad portum quondam defluebat, nunc ad Caystrum [19]). Ut fontes, quorum nomina tradita sunt, addamus, Hypelaeus ab Athenaeo ad portum defluit [20]) et nunc inter junceta ejus paludis conspicuus est [21]); Calippia [22]) in urbe a Plinio ponitur, fortasse is est qui in Prione monte reperitur [23]); Halitaea, inter res maxime in Ionia memorabiles enumerata a Pausania [24]), an in urbe fuerit ignoratur; hunc fontem nescio qua de ratione Arundellus [25]) eum fuisse censeat, ex quo aquaeductus vici Ajasluk

15) Strab. VIII, p. 387. 16) Apud Xenoph. Anab. V, 3. 8. codd. habent Σεληνοῦς, Σελληνοῦς, Σελινοῦς, quamquam ibi i littera praeferenda est; Σεληνοῦς ap. Diog. Laert. II, 52. 17) „Vir barbatus“ Mionnet Descr. d. med. ant. III, n. 262. 288. 18) Eckhel D. N. II, p. 522. 19) Strab. p. 639. — Tac. Ann. III, 61. — Pac. p. 70. 20) Quod e comparatis locis Strab. XIV, p. 634. 640. Creophyl. Hor. Ephes. ap. Athen. VIII, 361. apparet. 21) Chois. Gouff. in tabula. — Kiep. 22) Sic enim apud Plin. V, 31. pro Callipia legendum recte censuit Harduin. ad l. l. p. 279. 23) Chois. Gouff. 24) VII, 5. 10. Hos tres fontes in unum confundere frustra conatur Salmas. ad. Solin. p. 570 B. qui nullo jure pro Callipia „Halitaea“ legendum censet et Halitaeam eandem fuisse affirmat atque Hypelaeum, quod jam Harduinus refutavit. 25) Vis. p. 320.

aquam accipit; praeter hos Styx memoratur [26]), aliusque fons in templo [27]) et alius quem Thraso ornasse dicitur [28]). —

Septentrionem autem versus et orientem haec de qua diximus propria Ephesia, sive antiquissimum urbis territorium quum, iis quos exposuimus finibus circumscriptum viginti fere MP. sive quatuor milliaria Germanica longum, decem MP. sive duo milliaria Germanica latum sit, terminatur faucibus inter Pactyae septentrionales et Gallesii meridionales clivos, per quos et via Sardes et Smyrnam versus et antiquitus erat et nunc est, et Cayster amnis transit; mox tamen, jam Lydorum ut videtur temporibus hac parte Ephesii in interiores terras ditionem suam extenderunt, Romanorum denique tempore omnia quae Caystro dextra sinistraque adjacent, in potestate habebant. Itaque de hujus regionis natura nunc pauca dicemus.

Ea maximam partem planities est, quae meridionali latere terminatur abruptis et arduis Messogidis [29]) clivis, orientem versus et septentrionem leni adscensu ad Tmolum montem Lydiae, singulosque qui hunc excipiunt montes occidentem versus, quorum nomina tradit Plinius [30]): Draconem, Olympum, Mastusiam, quae longissime a Caystro distans jam a tergo Smyrnae est.

Tmolus vero cum Messogide cohaeret jugis Cilbia-

---

26) Achill. Tat. Erott. VIII, 12. cf. cap. III. §. 3. 27) id. VIII, 3. cf. l. l. 28) Strab. XIV, p. 641. 29) Hoc sub nomine (falso enim ap. Ptol. V, 2. *Μεσῆτις* s. *Μισᾶτις* scribitur), a Mycale incipiens mons ad Celaenas usque Phrygiae Lydiae interiores tractus transit et Cariae; nec tamen has terras separat, quum etiam in Maeandri planitie multis in locis Lydi sedes obtinuerint (Strab. XII, 629. XIV. passim.). Occidentali sua parte nunc **Dschuma Dagh** vocatur, orientali **Kestene Dagh**. 30) V, 31. Nunc quoque diversis nominibus ea juga appellantur: **Bos Dagh**, **Kisildscha Musa Dagh**, **Mahmud Dagh**, **Nif Dagh**, **Tachtali Dagh**.

nis[31]), e quibus Cayster oritur fluvius sive Caystrius[32]) duobus potissimum fontibus, quorum alterum, Tmolo propiorem, repperit prope vicum Kelles Arundellus, alterum e Messogide profluentem haud multo meridiem versus distare audivit[33]). Mox conjunctis fontibus fluvius campum Tschilas Ovassi, elato loco inter montes situm, indeque per praejacentes colles decurrens, magnam inter Messogidis Tmolique radices planitiem sinuoso cursu mediam transit[34]) ac multis utrinque rivis receptis per Gallesii et Pactyae fauces cursu celeriore prorumpit; mox tardius per Ephesi campum profluens ipsam urbem alluit et in portum dilatatus in mare tandem projicitur[35]). Ex montibus autem multitudo limi ei est quem secum deducit, quaque terras propagat, ut ait Plinius, tanta, ut et portum prorsus cumularit et magnum tractum continenti terrae adjecerit, qua de re supra diximus. Alvei sinuositate quum Maeandro simillimus sit, hodiernum nomen accepit: Kütschük Menderes sive Kara Menderes, i. e. parvus s. niger Maeander[36]).

Campo, quem supra Gallesium transit Caystrio campo sive Caystrianae nomen a fluvio erat; superior Cilbianus audiebat[37]), idemque haud dubie est quem Arundellus

---

31) Plin. V, 31. cf. Arund Visit 210. 32) Solita forma est apud Strabonem, Pausaniam, Stephanum Byzant., Plinium, aliosque multos, *Καΰστριος* ap. Hom. H. II, 461. — Herod. V, 100. — Etym. M. — Lex. Gud. — Leo Diac. V, 9. — Nomen recte ut videtur *ἀπὸ τοῦ καίειν* deducit Steph. Byz., sed absurde addit: *διὰ τὸ ἔχειν τὴν Κατακεκαυμένην χώραν πλησίον*, a qua vel fontes ejus multum distant. 33) Visit 211. 214. 34) Chandl. p. 186. — Pouj. p. 288. — all. 35) *Καΰστρίου ποταμοῦ, ὃς δὴ τὸ Κελβιανὸν παραρέων καὶ ἥδιστον θαῦμα τοῖς ὁρῶσι προκείμενον ἐς τὸν κλεινῆς καὶ περιπύστου Ἐφέσου κόλπον πελαγίζων ἐσβάλλει.* Leo Diac. V, 9. 36) Minus recte Spon. p. 245.: Koutchouk Minder, Minder Scare, Cara Sou. — Poc. p. 44.: Mandras. 37) *ἡ Καϋστριάνη, τὸ Καΰστριον πεδίον*, Strab. XIII, p. 620. — *Καΰστριον πεδίον τῆς Ἐφεσίας* Steph. Byz. s. v. — *πεδίον Καΰστριον, ᾧ συνεχὲς τὸ Κιλβιανόν* Eustath. schol. ad Dionys. Perieg. v. 824. — *τῷ δὲ Καϋστριανῷ πε-*

Tschilas Ovassi nunc appellari et a Caystriano collibus separari dicit. Cum vero Cilbiani inferiores et superiores distinguantur [38]) dubium est, utrum hoc de oppidis dictum sit, an de regionibus; campi certe duplices non sunt, superioresque Cilbiani, etsi oppidum non habuerunt, in montibus videntur habitasse. Quae circa meridionales, quos diximus Caystri fontes est regio, videtur *Ἄσιος λειμών* esse, quem Homerus [39]) et Virgilius [40]) circa Caystrum ponunt, nec minus Stephanus [41]), qui *ἐν τῷ Κελβιανῷ πεδίῳ τῆς Λυδίας* addit, et Strabo [42]), qui triginta tantum stadiis a Nysa urbe super Maeandrium campum sita distare tradit *Ἄσιον λειμῶνα* in clivo Messogidis Tmolum versus situm; ipsi tamen Tmolo adponit idem Stephanus alio loco urbemque ejusdem nominis addit (*Ἀσία, πόλις Λυδίας παρὰ τῷ Τμώλῳ*), quae certe Ephesii territorii non erat; concordiam tamen cum Ephesiis nummis celebravit, quorum nonnullos vidit Arundellus [43]) in vico proximo Demisch inscriptos *ΑΣΙΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ ΕΦΕΣΙΩΝ.*

Caystrio campo occidentem versus adjacet planities, quae, recedentibus ad septentrionem montibus paullo elata ad Smyrnae tergum usque excurrit, cujus quum partem septentrionalem verisimile est Smyrnae obtigisse, meridionalis certe, in quo Metropolis sita est, ad Ephesiorum ditionem pertinebat. Quos ea e montibus, Tmoli praesertim promontoriis, excipit aquarum rivos, quorum maximus nunc Trianda su vocatur, ii permagnam paludem efficiunt ad orientem Metropoleos, cujus aqua satis pro-

---

δίῳ μεταξὺ πίπτοντι τῆς Μεσσωγίδος καὶ τοῦ Τμώλου συνεχές ἐστι πρὸς ἕω τὸ Κελβιανὸν πεδίον, πολύ τε καὶ συνοικούμενον εὖ, καὶ χώραν ἔχον σπουδαίαν, Strab. XIII, 629. cf. l. l. Leonis Diaconi. — Et Cilbianos agros diserte, „Ephesiorum" appellat Vitruv. VII, 8.
38) Plin. V, 31. et nummi *Κιλβιανῶν τῶν ἄνω* et *τῶν κάτω*. Eckhel D. N. III, p. 96. Sestini p. 107.
39) H. II, 461.
40) Georg. I, 383. Aen. VII, 699.
41) s. v. *Ἄσσος*, errore pro *Ἄσιος* ibi posita.
42) XIV, 650.
43) Visit p. 327.

fundo fluvio ad Caystrum defertur [6]). Hoc sine dubio est Plinii [7]): „stagnum Pegaseum, quod Phyrites fluvius expellit“, etsi sint qui ad meriodionalem Caystri ripam id fuisse malint [8]).

§. 5.

Inter oppida orae Ephesiae Strabo [1]) primum recenset Panionium, idque tribus stadiis a littore abfuisse tradit, quo nunc loco est vicus Tschanli [2]); quod primo fanum tantum erat Heliconio Neptuno sacrum, cui omnes Iones quotannis ibi sacra Panionia celebrabant [3]) (cf. c. III, §. 11.) mox et oppidum, quod praeter Ephesios inter Samios etiam [4]) et Prienenses [5]), quibus cura sacrorum attributa erat [6]), videtur ambiguum fuisse. Sequitur Anaea [7]), et Neapolis (nisi id ipsum posthac nomen Anaeae datum est, quum Strabo de Anaea omnino taceat), quam pro Marathesio a Samiis occupato, ut ipsis magis vicino eoque nomine praeferendo, Samiis tradidisse fe-

---

6) Ita Kiepert, Hamilton I, 541. Arund. p. 23 sq. Cramer Asia Minor I, p. 362. qui omnes stagnum Pegaseum ibi agnoscunt. 7) V, 31. 8) Leake in nota ad Arund. l. l. p. 309. quod Chishulius in itinere a Tyria Ephesum facto lacum cum rivo ibi vidit.

1) XIV, p. 639. 2) Nam haud procul a vico Tschangli, Gell Panionii nomen bis repperit in titulis (Leake Asia Minor p. 261.), Changli, cum exiguis antiquitatis ruderibus est apud Chandl. p. 196. (ed. Angl.), Changlee ap. Poc. p. 79., Chanly ap. Fellows p. 271. qui falso Neapoli hunc situm tribuit. 3) Strab. l. l. et VIII, p. 384. *χῶρος* ap. Herod. VI, 7. et I, 148.: *τὸ δὲ Πανιώνιόν ἐστι τῆς Μυκάλης χῶρος ἱρός.* 4) Steph. Byz. v. *Πανιώνιον τέμενος καὶ πόλις ἐν τῇ παραλίᾳ τῶν Ἐφεσίων καὶ Σαμίων.* 5) Strab. p. 384.: *ἐν τῇ Πριηνέων χώρᾳ.* 6) Strab. p. 639. 7) Scyl. p. 37. Huds. *Μαραθήσιον, — Ἄννα* (l. *Ἄναια* Salmas.), *Πανιώνιον* Suid.: *Ἄναια πόλις ἀντικρὺ Σάμου.* — Steph. Byz.: *Ἄναια Καρίας, ἀντικρὺ Σάμου*, cf. Thuc. III, 19. 32., IV, 75., VIII, 19. *Ἔνεα* Hierocl. Synecdem. p. 659., rectius *Ἄναια* et *Ἄνεα* in Conciliis, cf. Wesseling. ad Hier. l. l. —

2

runtur Ephesii [8]); ejus oppidi situm ruderibus, quae inter Panionium et Scalam Novam in convalli quadam prope aquae calidae fontes exstant, designari, recte iudicavit Leake [9]), ipsamque Scalam Novam aptissimo portu insignem et antiquis aliquot ruinis et in urbe et in peninsula, quae ad ejus septentrionem est, sitis [10]) locum obtinere Marathesii [11]), quod Scylax portum appellat, oppidum Strabo, Plinius, Stephanus. Inter Marathesium et Ephesi Panormum, urbique proximum [12]) Pygela oppidum cum portu erat [13]), quod ab Agamemnone conditum ferebatur; cujusque nomen postea in „Phygela" corruptum est [14]): rudera supersunt in colli ad exitum convallis, per quam aquaeductus Ephesius transit ad mare in via inter Scalam Novam et Ephesum [15]). Ad septentrionem Ephesi ad oram oppidum haud novimus antiquum aliud praeter Gallesium [16]), quod necesse est sub Gallesii montis ra-

---

8) Strab. XIV, p. 639. 9) Asia Minor p. 261. 10) Chandl. p. 178. ed. angl. Poc. p. 72. (53. ed. angl.) Burgess Greece and the Levant, London 1835, Vol. II, p. 46. — Pouj. p. 282. Multi pro Neapoli falso habuerunt Scalam Novam; Leakium sequitur Boeckh, C. I. ad n. 3022. 11) Eadem hujus vocis radix videtur, quae et Marathonis est, et Marathae Arcadiae oppidi (Paus. VIII, 28. 1.) et Marii Elidos (cf. cap. III, §. 3.), locumque significare aquosum et palustrem, unde et *μάραθος*, foeniculum, nomen traxit; cf. Welcker Nachtrag zur Trilogie p. 216, ubi plures ejusdem radicis voces enumerantur. 12) Unde *πόλις περὶ τὴν Ἔφεσον* vocatur, Etym. M. s. v. 13) Plin. V, 31. Strab. p. 639. Steph. Byz. s. v. Liv. XXXVII, 11. 14) Sic recte iudicat Eustathius ad Iliad. II, p. 310. *Πύγελα* est apud Strab., Steph., Xen., Hell. I, 2. 2. Liv. *Φύγελα* in titulo Ephesino recentiori, C. I. n. 3027. apud Suidam, qui vulgo ita dictum affirmat; Phygela a fugitivis condita, ap. Plin. l. l. Melam I, 17. *Φυγελίτης οἶνος* commendatur a Dioscoride V, 10. et Chandlero. Cf. Camerar. Comm. utriusque linguae p. 386. 10. Voss Theolog. gentil. IV, 96. p. 175. 15) Tourn. p. 328., Poc. p. 70., Chandl. p. 200. (176. ed. angl.), Pouj. p. 282., Burgess l. l., Leake p. 261., Hamilton II, p. 22. 16) *Γαλλήσιον πόλις Ἐφέσου, Παρθένιος ἐν ἐπικηδείῳ τῷ εἰς Αὐξίθεμιν*, Steph. Byz. s. v.

dicibus fuerit; nec potius aliud esse propter vicinos Colophoniorum fines.

Progredientibus nobis in mediterranea prima se offert inter urbes Ephesiorum Metropolis, in via Smyrnam versus ab Epheso centum et viginti stadia distans, ducenta a Smyrna [17]) quo nunc loco prope vicos Turbali et Jenikoi, super stagnum quod diximus Pegaseum in colle antiqua moenia exstant saxis quadratis constructa aliaeque parietinae cum plurimis columnarum ruderibus [18]). Magis in orientem, Caystrio campo superimpositum in loco fortissimo ad radices Messogidos est oppidum Tireh sive Tyria, mediis quoque aevis jam Tyria appellata, haud dubie Ephesiae ditionis, quum Ephesios ibi habitasse ex titulis sepulcralibus ibi repertis appareat [19]), quem situm Caystro, Caystrianorum oppido tribuit Leake [20]); sed quum Caystri urbis mentio sit nulla apud auctores, eamque Stephanus sine dubio, si extitisset, non praetermisisset, nihil obstat, quominus nummos *ΚΑΥΣΤΡΙΑΝΩΝ* nomine notatos a communi oppidorum in Caystrio campo sitorum coetu profectos credamus, ac Muellerum [21]) sequamur, qui Tireh urbem eam fuisse statuit, quam Etym. M. *Τύῤῥα, πόλις Λυδίας* et Steph. Byz. *Τάῤῥα πόλις Λυδίας* appellant, metropolin scilicet Pelasgorum, qui ab ea Tyrrheni vocati sint [22]), ut Torrhebi postea Lydorum pars, quum Lydi urbis nomen, tenuiori vocali usi, Torrha

17) Strab. XIV, p. 632.; etiam Ptolemaeus V, 2, inter Ephesum et Smyrnam ponit, ita et Tabula Peutingeriana, quamquam omissis millium numeris. Plin. V, 31. conventui juridico Ephesino eam adscribit. Steph. Byz.: *Μητρόπολις πόλις Λυδίας*. Exstant et nummi cum Caystro fluvio; cf. c. III, §. 13, n. VII. 18) Kiepert. Strickland ap. Ham. I, p. 542. Arund. Vis. p. 22. qui etiam theatrum se vidisse affirmat. Miror Prokeschium (Erinnerungen aus dem Orient, Vol. II, p. 146. 151.) nil nisi Byzantina et Turcica rudera ibi vidisse. 19) Chishull antt. Asiat. II, p. 8. n. 10. ap. Boeckh, C. I. n. 3028. 20) Leake p. 257. rem conjecit e nummis *Καϋστριάνων* (Eckh. D. N. III, p. 96.). 21) Etrusker I, p. 80 ss. 22) Cf. Xanthum Lydum ap. Dionys. Halic. Arch.

pronunciarint: itaque et eandem hanc esse, de qua alio loco Stephanus: *Τόῤῥηβος*, ait, *πόλις Λυδίας ἀπὸ Τοῤῥήβου τοῦ Ἄτυος* cujus et Nonnus [23]) meminit: *οἵ τε Τοῤῥήβιον εὐρύ* (quod bene de Caystrio campo dicitur) *καὶ οἱ Πλούτοιο τιθήνας Σάρδιας* cett. [24]) Cui opinioni magnopere favet, quod proxime certe aberat Larissa Ephesia, antiquissima Pelasgorum sedes (cf. cap. II. §. 1.), postea vicus, cum templo Larisseni Apollinis, centum et octoginta stadiis ab Epheso distans [25]), quam tamen, etsi incidente itineris mensura, nolim cum Arundello [26]) eandem existimare ac Tyriam, quum ejus regionem Strabo *ποταμόχωστον*, Tmoloque propiorem fuisse tradat; ita Caystro fortasse adjacuerit [27]).

Quae de Larissa commemoravimus Strabonis verba docent, circa hos locos ejus tempore Ephesii territorii, longitudine a maris ora sex circiter vel septem milliaria

---

Rom. I, 22. 23) Dionys. XIII, 467. 24) Addit Stephanus: *ἐν δὲ τῇ Τοῤῥηβίδι ἐστὶν ὄρος Κάριος καλεόμενον καὶ ἱερὸν τοῦ Καρίου ἐκεῖ. Κάριος δὲ Διὸς παῖς καὶ Τοῤῥηβίας — ὃς πλαζόμενος περί τινα λίμνην, ἥτις ἀπ' αὐτοῦ Τοῤῥηβία ἐκλήθη — μουσικὴν ἐδιδάχθη*, cett. Exiguum lacum prope Tireh oppidum vidit Kiepert, attamen omnis haec regio parum explorata est a recentioribus, quare Torrhebidis lacus situm adhuc accuratius esse definiendum putamus. 25) Strab. XIII, p. 620. *Λάρισσα κώμη Ἐφεσίας ἐν τῷ Καϋστρίῳ πεδίῳ, ἣν φασι πόλιν ὑπάρξαι πρότερον, ἔχουσαν καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος Λαρισσηνοῦ, πλησιάζουσαν τῷ Τμώλῳ μᾶλλον ἢ τῇ Ἐφέσῳ· ταύτης γὰρ ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα διέχει σταδίους, ὥστε ὑπὸ τοῖς Μῄοσιν ἂν τις τάττοι ταύτην. Ἐφέσιοι δὲ αὐξηθέντες ὕστερον πολλὴν τῆς τῶν Μῃόνων, οὓς νῦν Λυδοὺς φαμεν, ἀπετέμοντο.* sf. Strab. IX, p. 440. *Λάρισσα Λυδίας*, Steph. Byz. s. v. 26) Visit. p. 203., p. 312. n. 14. 27) Eo fortasse loco, quo rudera Eski Bendir sita esse memorat Arund. Vis. p. 203, vel alio quodam circa haec loca; nam haec regio nondum sufficienti modo explorata est, neque magis superior Caystri vallis sive Cilbiana, quare non possumus oppidis, quae ibi fuisse traduntur suum situm cuique accurate adscribere. Rudera ibi vidit Arund. prope vicos Kelles et Gevli circa Caystri fontes, de aliis audivit (Visit. p. 211—215.), alia haud dubie ab aliis reperientur.

Germanica (sive XXX vel XXXV MP.) excurrentis, fines fuisse; quum tamen et Cilbianos agros ad Ephesum quondam pertinuisse supra monstraverimus, quae ibi memorantur oppida et ipsa breviter iudicemus. Praeter Asiam, de qua diximus, fuit circa Caystri fontes Caloë [28]); atque circa eadem loca Ptolemaeus ponit Dios Hieron, quod et Plinius [29]) cum Hypaepis conventui iuridico Ephesino adnumerat; situm nummi demonstraut, Caystri nomen ferentes [30]), qui et conspicitur in nummis Cilbianorum Nicaeensium [31]); praeter quos et Cilbianos superiores et inferiores (*ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ ΤΩΝ ΑΝΩ, ΤΩΝ ΚΑΤΩ*) et Cilbianos Pergamenos et Ceaetas nummi referunt. Palaeopolis, quae uuuc etiam Baliambolu audit [32]), memoratur ab Hierocle. Hypaepa, cis Tmolum in via Sardes versus sita [33]), ab ea urbe XX mp., ab Epheso XLIII distantia [34]), ubi rudera ad oppidum Birkeh supersunt [35]), etsi nomine utantur Graeco [36]), Lydiae melius adnumerantur quam Ephesiae, imprimis quum ibi sacra Persica instituta fuerint [37]); sed quae ab iis Ephesum versus IX mp. distat, Anagome [38]), quum circa Baindir oppidi situm, Tyriae oppositum cadat, Ephesiae finibus certe includitur. Postremo regio quaedam Heracleotis, quae quum ab Ephesiis defecisset, Artemidoro Ephesiorum legato impetrante a Romanis iis reddita est [39]), ab Heraclea quodam oppido videtur nomen traxisse, quod vide an non id sit, quod

28) Leo Diac. I, 1. *Καλόη* et *Κολόη* in Conciliis et Notit. Episc., minus recte *Κολόση* ap. Hieroclem p. 110. 29) V, 31. item Hierocl. p. 659. et Concilia. 30) Sestin. p. 107. Quod igitur cave ne confundas cum *Διὸς ἱερῷ* quod Steph. Byz. inter Lebedum et Colophonem situm tradit, eodemque loco memorant Thuc. VIII, 19. et titulus Atticus de sociis ap. Franz. Epigr. Gr. p. 129. 31) Eadem fortasse est *Νικόπολις* Hieroclis p. 660. 32) Kiepert. 33) Strab. XIII, p. 627. Ovid. Metam. XI, 150. 34) Tab. Peut. 35) Chandl. p. 321, ed. angl. Arund. Visit. p. 207. 36) *κτισθεῖσα ὑπὸ τὸ παρακείμενον ὄρος, ὑπὸ τὸ Αἶπος*, Steph. Byz. s. v. Nomen fortasse a Pelasgis durabat. 37) Paus. V, 27., cf. Tac. Ann. III. 62. 38) Tab. Peut. 39) Strab. XIV, p. 642.

inter Heracleas enumerat Stephanus Byzant.: Ἡράκλεια ἐν τῷ Λυδίῳ Ταύρῳ, cum Lydius Taurus certe alius mons nequeat appellari ac Messogis, quae cohaeret cum Tauro [40]).

§. 6.

Universam hanc Asiae regionem terrae motibus saepissime affectam fuisse, et ratio, quam in fundamentis templi Ephesii jaciendis artifices secuti sunt, satis docet [1]), et multa veterum testimonia comprobant, quibus et sub Tiberio [2]) Imp. et sub M. Aurelio Antonino [3]) urbs tali casu afflicta esse affirmatur. Universi vero coeli Ionici temperiem [4]) magnamque Ephesii soli cum fertilissima Nili convalli similitudinem [5]) si spectaris, haud miraberis Ephesiam omnibus terrae fructibus abundasse [6]), frumento [7]), vino [8]), olivis [9]), omnigenis denique arboribus [10]) et herbis [11]). Sylvae feris [12]), paludes gruibus

40) Quod recte vidit Cramer Asia Minor I, p. 472. Certe tamen Heraclea Latmi illa fuisse non potest, quippe quae in Milesiorum finibus sita Ephesiis nunquam paruerit.

1) In solo id palustri fecere, ne terrae motus sentiret aut hiatus timeret. Plin. XXXVI, 21. 2) Syncell. Chronogr. 319 B. (Dind. 603. 16.) Tiberii anno 22. cf. Tacit. Ann. II, 27. — Euseb. Chron. Tib. a. 4. — Plin. II, 86. — all. 3) Aurel. Vict. Caesares XVI, 12. (Arnzen.) 4) Herod. I, 142. et quos laudat Valken. ad l. l. (Gaisford III, p. 113. 114.) 5) Herod. II, 10. 6) Aristid. d. Conc. p. 775. 7) Quod sine cultura hodie terra procreat, ut in foro. Pouj. p. 290. 8) Vinum a veteribus haud salubre credebatur Plin. XIV, c. 9.; cum vino Metropolite Strab. XIV, 637.; Dioscorid. V, 10. (apud Tschukk. ad Pomp. Melam.) Recentiores laudant Pouj. p. 284. „vin fort estimé". — Chandl. p. 200. „unvergleichlich". — Choiseul Gouff. „excellens vins". — Poc. tamen de eodem vino „le vin est mauvais" 41. p. De gustibus non est disputandum. 9) Tourn. p. 388. 10) Arbores παντοδαπαὶ in luco Ortygia Strab. l. l. — de ulmis cf. III, §. 1. 11) Tourn. p. 397. — Iuncorum abundantiam recentiores animadverterant Tourn. l. l. — Pouj. p. 279. — Chandl. p. 185. pass. cf. Venerem ἐν καλάμοις c. III. §. 12., n. VIII. — Odoriferis po-

aliisque avibus abundabant [13]), lacus piscibus [14]), cygnis Caystrus [15]).

Sed et alia permulta accedebant, e quibus et commoda multa et divitiae urbi redirent, ut marmor candidissimum, quod in Coresso [16]) et in ipso Prione reperiebatur [17]), in quo vastae lapicidinae hodie etiam conspiciuntur [18]). Sandaraca porro inter Magnesiae et Ephesi finis effodiebatur optima [19]); minium optimum supra Ephesum in agris Cilbianis inveniri Theophrastus tradit [20]), ibique primum repertum esse narrat Vitruvius [21]); crystallum denique circa Ephesum aut e terra effossum videtur, aut torrenti quondam deportatum fuisse [22]).

---

tissimum herbis Ephesiam abundasse vel inde conjicias, quod antiquitus jam unguentis Ephesii dicantur inclaruisse Athen. XV, 688 f. Ἔφεσός γε τοὶ πρότερόν φασι — τοῖς μύροις διέφερε κτλ. 12) „Cerfs et sangliers" Tourn. p. 388. 13) „milliers de grues et d'oies sauvages" Pouj. p. 279. 14) Strab. l. l. Poc. p. 45. — et Caystrus Chandl. p. 158. 15) Hom. Il. II, 461. Virg. Georg I, 383. Aeneid. VII, 699. Ovid. Metam. V, 386. Martial Epigr. I, 54. Nunc non amplius reperiuntur: Arund. Visit. p. 209. „le cygne a abandonné ces rivages" Pouj. 280. 16) Poc. p. 56. 17) „Die Steinbrüche sind in den Eingeweiden des Berges (Prion) mit zahllosen Irrgängen und weiten stillen tröpfelnden Höhlen durchbrochen." 18) Chandl. 180. cf. 177. cf. IV, 2. P. 1. 19) „quam nec molere nec cernere opus est, sic est subtilis" Vitr. VII, 7. 20) ap. Plin. XXXIII, 37. Monochromata antiquitus minio Ephesio picta sunt, ib. 39. 21) Vitruv. VII, 8. 22) Quod e Xenocratis Ephesii loco ap. Plin. XXXVII, 9. 11. conjeci.

CAPUT SECUNDUM.

De rebus gestis Ephesiorum.

AETAS PRIMA.

Ephesiorum historiam continens usque ad a. 546.

§. 1.

Pars prima; antiquissima usque ad Graecorum adventum tempora continens.

Ephesiorum quae proprie dici possit historia, quamvis a colonia tantum Ionica initium cepisse putanda sit, haud tamen alienum ab hoc loco censeo, de diversis, qui hanc terram ante Graecorum adventum tenuerint, populis paullo accuratius inquirere; inter quos, quum in Lydiae et Cariae confinio Ephesus sita fuerit, primi nominandi sunt Lydi atque Cares, Carumque gens quaedam Leleges. Lydos enim et Leleges Androclus, quum terram occuparet, vicisse traditur atque fugasse [1]); Cares vero, quibuscum postea etiam bellum Androclus gessit [2]), ut Miletum, Myuntem, Mycalem sic etiam Ephesum quondam tenuisse affirmat Pherecydes [3]). —

Inter caeteros hujus regionis incolas inprimis memorandi sunt Pelasgi, quos a Mycale inde ad Septentrionem versus totam Asiae minoris oram incoluisse certum est [4]).

1) *Λέλεγες δὲ τοῦ Καρικοῦ μοῖρα καὶ Λυδῶν τὸ πολύ οἱ νεμόμενοι τὴν χώραν ἦσαν* Pausan. VII, 4, 8. — Strab. XIV, in. 2) *Πριηνεῦσιν ἤμυνεν ἐπὶ τοὺς Κᾶρας ὁ Ἄνδροκλος* Pausan. VII, 4, 9. 3) Strab. XIV, p. 632. 4) Menecrates ap. Strab. p. 621.

Horum autem circa Ephesum peculiarem quandam eamque praecipuam sedem fuisse Larissa Ephesiorum docet, cujus oppidi et nomen [5]) et situs [6]) Pelasgicam originem comprobant. — Ad Pelasgos igitur, quorum vestigia non pauca Ephesi inveniuntur [7]), fortasse duo etiam Ephesi nomina referenda sunt, Haemonia [8]) et Alope [9]). Quum enim Thessalia, quam antiquitus tenuerunt Pelasgi [10]), et ipsa Haemonia appellata sit [11]), haec fortasse appellatio ad nostram urbem a Pelasgis traducta fuerit [12]). Accedit, quod similem quendam cum Thessalia nexum in Alo-

---

5) Quod commune Pelasgorum urbibus fuisse inter omnes constat. cf. quos laudat Hermann Antt. Graec. §. 7, 5. p. 21. — Strab. et Steph. Byz. s. v. Larissa. 6) Scimus enim Pelasgos *ποταμόχωστον χώραν*, qualis circa Ephesum et Larissam regio erat, prae caeteris dilexisse et incoluisse Strab. l. l. 7) Ut sacrorum, quae ad Caystrum erant natura cf. c. III, §. 1. — Antiquissimi muri partem Pelasgica ratione, quam vulgo Cyclopicam autumant, inaequalibus juncturis exstructam esse monet Fellows. — (Pelasgeus denique inter Ephesiorum nomina reperitur Boeckh. C. I. n. 2956. a.) 8) Hesych. s. v. *Αἱμονία· ἡ Θεσσαλία καὶ ἡ Ἔφεσος.* — *Αἱμονία* etiam legendum esse pro *Ἀρμενίη* ap. Hesych. s. v. *Ἄρτεμις Ἀρμενίη· ἡ Ἔφεσος Ἀρμενία καλεῖται, οἷον οὖν Ἐφεσία* recte censuit Hemsterhuys. apud Albert. ad l. l. et disertius Bielius ib. — Ita etiam emendandus Phavorinus *Ἄρτ. ἡ σελήνη ...... καὶ Ἄρτεμις Αἱμονίη ἤγουν Ἐφεσία. Αἱμονία γὰρ ἡ Ἔφεσος.* Lexic. Cyrill. ms. *Αἱμονία ἡ Θεσσαλικὴ Ἔφεσος* ubi legendum videtur *ἡ Θεσσαλία καὶ ἡ Ἔφεσος.* 9) Plin. V, 31. Strab. l. l. — Hygin. fab. XIV. „ex urbe Alope, quae nunc vocatur Ephesus“ cf. c. III, §. 12. n. X. 10) Schol. Apoll. Rhod. I, 580. *Πελασγοὶ κατῴκουν πάλαι τὴν Θεσσαλίαν;* quod et Larissa testatur Thessalica. 11) Schol. Apoll. Rhod. III, v. 1090. *Ἡ δὲ Θεσσαλία τὸ παλαιὸν καὶ Αἱμονία .... καλεῖται.* — Hesych. et Lex. Cyrill. l. l. Nomen Haemoniae ab Haemone deducitur (Plin. IV, 14.), qui quum Pelasgi filius fuisse tradatur (Schol. Ap. III, 1090.), etiam hac ex parte Pelasgica nominis origo cognosci potest. 12) Quod et arctissima conjunctio, qua utrumque nomen relatum supra vidimus satis videtur comprobare. Ex Arcadia enim, cujus oppidum Haemonias novimus (Paus. VIII, 3, 3. — 44, 1.) Ephesi nomen nequaquam deducere licet. Multo enim obsoletius est, quam quod hi-

pes nomine agnoscere mihi visus sum; Alope enim et urbs Thessaliae est et in mythis hujus terrae tamquam Neptuni uxor comparet [13]). — Videntur igitur Pelasgi ipsam oram Ephesiam primum tenuisse, tum vero a Lydis et Caribus coacti — quod saepius in hac Asiae parte factum scimus [14]) — in interiorem terrae partem recessisse, ubi Larissa Ephesia est. Cui expositioni summopere favet Muelleri sententia, qui circa Tyrrham, Ephesiorum oppidum (cf. c. I, §. 5.) Pelasgos, qui a Lydis bene distinguendi sunt, sedisse censet atque inde Tyrrhenorum nomen accepisse [15]).

Sed et alios nonnullos populos nostram terram, si non tenuisse, tetigisse saltem probari potest, ut, qui etiam Miletum in potestate quondam tenuerunt [16]), Cretenses; quod et Cresi, urbis conditoris nomine comprobatum censeo [17]), et Cretinaeo, loco quodam Ephesiae — utroque, confiteor, sat levi argumento — indicatum [18]); Bebrycos deinde [19]), Thraciam quandam gentem [20]), qui, si e Benna, urbe Thracia quam Bennii habitarunt [21]), conjicere licet, Bennam fortasse condiderunt vicum Ephesiae [22]) cf. §. 3.

---

storicis temporibus ortum censeamus. 13) Steph. Byzant. s. v. Ἀλόπη. Hygin. fab. CLXXXVII. — cf. Paus. I, 5, 1. 14) Quod multae Pelasgorum, qui oram Asiae minoris tenuisse dicuntur, in mediis terris sedes Larissae comprobant cf. Strab. l. l. — Steph. Byz. s. v. Λαρ. 15) Quod apud ipsum cf. Etrusker Einl. 2, 5. p. 79 – 82. 16) Pausan. VII, 2, 5. 17) Pausan. VII, 2, 7. 18) Parthen. Narr. Err. c. V. in Ephesia χώριον ... τὸ Κρητιναῖον ἐπικληθέν. 19) Schol. Apoll. II, 2. Κατῴκησαν δέ τινες τῶν Βεβρύκων καὶ περὶ τοὺς κατὰ τὴν Ἔφεσον καὶ Μαγνησίαν τόπους, qui paullo antea τὰ παραθαλάσσια occupasse narrantur. Haec Berkel. ad Steph. Byz. s. v. ita legit περὶ τὴν Λυδίαν ἐν τοῖς πλήσιον Ἐφέσου .... τόποις. Ab his et Lampsacus (Charon Lampsacen. apud. Schol. Ap.) et Troja (Schol. Lycophr. apud Berkel.) Bebrycia dicta est. 20) Straboncm sequor p. 295. 541. Aliis ex Ponto et Bithynia oriundi sunt cf. Steph. Byz. c. interpr. 21) Plin. IV, 18. — Steph. Byz. s. v. Benna, quam et duplici ν et ε ψιλῷ scribendam censet, eadem plane ratione qua Benna Ephesia scribitur. 22) Steph. Byz. s. v. Βενναμία cf. §. 2.

Ad Aetolos denique Ortygia, quod nomen Epheso a nonnullis tributum supra jam memoravimus (cf. c. I, §. 3, n. 28.) referenda est, si Nicandrum sequimur, qui ab Ortygia Aetolica omnes alias ejusdem nominis urbes deductas censet [23]). Sed e cultuum analogia potius (cf. c. III, §. 12. n. I. pass.), quam ex vera Aetolorum colonia hanc nominum similitudinem equidem explicuerim [24]).

De Samiis vero Ephesi conditoribus paullo infra dicetur (§. 3.) et de Amazonibus, quippe quas ad mythologiam tantum, nequaqum vero ad historiam pertinere censeam c. III, §. 13, n. IV.

§. 2.

Pars secunda; Graecorum coloniae historiam continens.

Ionum colonia, multis aliis Graecorum gentibus ad mistis [1]), Dianae auspiciis [2]) Musisque sub apium specie ducibus [3]), Athenis e prytaneo profecta est, ejusque principatus, quamvis singulas gentes suo quamque arbitrio sedem petiisse sciamus, uni alterive e Codri filiis tribuitur; e sententia magis recepta Neleo, Milesiorum regi [4]), sed si antiquiorem auctoritatem sequimur, Androclo, Ephesi conditori [5]). Singulae vero gentes, quo sedem

---

22) apud. Schol. Apoll. I, 419. Οἱ μὲν τὴν Ἔφεσον (ἐκτῆς ἐν Αἰτωλίᾳ Ὀρτυγίας κληθῆναι) ἀφ ἧς καὶ αἱ λοιπαὶ πᾶσαι ὠνομάσθησαν. 23) cf. Lehnert de foed. Ion. p. 7, qui temere ni fallor: „Hac de re quum omnes scriptores taceant, indignam ducimus quam longius perscrutemur". — Mucil. Dor. II, p. 378.

1) Herodot I, 146. τῶν (Ἰώνων) Ἄβαντες μὲν ἐξ Εὐβοίης εἰσὶ οὐκ ἐλαχίστη μοῖρα ..... Μινύαι δὲ Ὀρχομένιοι ἀναμεμίχαται καὶ Καδμεῖοι καὶ Δρύοπες, καὶ Φωκέες ἀποδάσμιοι, καὶ Μολοσσοὶ καὶ Ἀρκάδες Πελασγοὶ καὶ Δωριέες Ἐπιδαύριοι κτλ. 2) Callim. Hymn. in Dian. v. 226. 3) Philostr. Imm. II, p. 793. (Olear.) Ἀθηναῖοι τὴν Ἰωνίαν ὅτε ἀπῴκιζον, Μοῦσαι ἡγοῦντο τοῦ ναυτικοῦ ἐν εἴδει μελίσσων cf. c. III, §. 5. 4) Herm. Antt. Gr. §. 77, 2. p. 167. 5) Pherecyd. ap. Strabon. p. 632. 633. quem et ipse Strabo

posuerint, etsi non de omnibus, de plerisque saltem constat. Abantes enim Chium videntur occupasse [6]), Minyae Orchomenii Teum [7]), Cadmei Prienem [8]), Dryopes Cythnum [9]), Phocenses Phocaeam [10]), Epidaurii Samum [11]), Pylii Colophonem [12]). Ephesum denique, ut Clazomenas [13]) Arcades occuparunt Pelasgi [14]), et duce Athe-

---

sequitur. Quare et in marm. Par. Ep. 28, ubi coloniae enumerantur, Ephesus primo loco posita est (quod tamen mutavit Boeckhius, Miletum interserens ad. v. 42. 44.), et apud Vitruv. IV, 1. all. — De Ione, coloniae hujus duce (Eurip. Ion. 583. 47. — Vitr. l. l. — Vellej. Paterc. I, 4. — Eust. sch. ad Dionys 820. all.) ne cogitari quidem posse jam dudum constat. cf. Raoul-Rochette Etabl. l. l. l. 6) Paus. VII, 2. 10. — Whitte de reb. publ. Chior. p. 17—20. ap. Herm. l. l. 7) Paus. VII, 3, 6. 8) *Θηβαῖοι* ap. Paus. VII, 2, 10. 9) Herod. VIII, 46. 10) Paus. VII, 3, 10. 11) Dorienses eos appellat Herod. l. l. sed Pausanias (quem sequuntur Clavier h. d. pr. t. II, p. 85. — Raoul.-Roch. III, p. 76.) VII, 4, 2. *ἡγεμὼν δὲ ἦν τοῖς Ἴωσι Προκλῆς ὁ Πιτύρεως, αὐτός τε Ἐπιδαύριος καὶ Ἐπιδαυρίους τὸ πολὺ ἄγων ..... τούτῳ τῷ Προκλεῖ γένος ἦν ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ξούθου.* Quae sententiae facile conciliari possunt. 12) Bach ad Mimnermi fragm. p. 5. ap. Herm. l. l. 13) *τῶν Κλαζομενίων τὸ πολὺ οὐκ Ἴωνες, Κλεωναῖοι δὲ ἦσαν καὶ ἐκ Φλιοῦντος, ὅσοι Δωριέων ἐς Πελοπόννησον κατελθόντων ἐξέλιπον τὰς πόλεις* Paus. VII, 3, 9. Herm. 14) Hanc sententiam, quam permulta indicia eaque e rebus sacris Ephesiorum et Arcadum comparatis potissimum desumta, jam dudum indubitatam mihi reddiderant, egregie hic Aristidis, viri haud indocti locus confirmavit (or. d. Conc. p. 776. Dindorf) *καὶ μὴν δύο τῶν πόλεων* (Pergamum et Smyrna) *μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ἄποικοι τῆς Ἀθηναίων πόλεως ... ἤδη δε ἔχει τι καὶ ἄυτη* (Ephesus) *παραπλήσιον ταῖς Ἀθήναις αὐχῆσαι κατὰ τὴν τῶν αὐτοχθόνων ἀνδρῶν τέ καὶ ἡρώων φόραν· εἰ δὲ μὴ, ταύταις γ' ἔχει παραπλήσιον, καὶ γὰρ αὐτῇ τὰ τῶν ἀποίκων ἀπὸ αὐτοχθόνων ἐστιν Ἀρκάδων.* — Quo loco allato singula referre argumenta, quae me, ut hanc sententiam amplecterer moverunt quaeque ex toto capite tertio facile appáritura censeo, supersedere jam possum. Hic tamen adjicere placet, et in „Arcade" nomine quo numus quidam Ephesiorum autonomus inscriptus est (Mionn. Supplem. VI, n. 297. *ΑΡΚΑΣ*) hujus sententiae quantulumcumque argumentum inesse et eundem cum Arcadia nexum in „Parrhasio" nomine latere (cf. c. IV, p. 11, §. 5.) quippe quod ad antiquissima regum Arcadio-

niensi Androclo, Codri filio [15]) et admistis, qui ex Euonymo Attica tribu oriundi erant, Atheniensibus [16]). Illi igitur, ut universum Graecorum iter sat laboriosum erat [17]), non statim nec sine mora ulla, quo loco urbem ponerent, pervenerunt. Plus enim viginti annos in insula Samo morati [18]) accepto tandem, quo sedis ponendae conditiones continerentur, oraculi responso insulaque relicta septentrionem versus oram Asiae legentes, quum ad Coressum montem pervenissent, aptissimo ibi loco [19]) appulerunt [20]). Quum vero piscis et aper urbis locum indicassent (cf. c. III, §. 5. in.), terram incolis fugatis occuparunt [21]) et, templorum ut par erat prima cura habita, in ipsius Coressi cavis urbem condiderunt [22]), (cf. c. IV, p. 11, §. 3.), quae, accitis et quos circa sacellum Pelasgicum, quod septem stadiis ab urbe ad Caystrum situm erat (cf. c. III, §. 1.) [23]) et quos in Benna vico habitantes invenerant [24]), tres continebat tribus, Bennios, Ephesios proprie sic dictos [25]) et Euonymos, quorum nomine

---

rum oomioa pertineat cf. Zopyrus Byz. ap. Plutarch. Parall. XXXVI et Paos. VI, 8, 2. 15) Strab. l. l. — Paus. VII, 2. 8. — Andronicos est apud Syocellum Chrooogr. 181. 4. (Dind. 340. 12.) et Euseb. Chroo. 16) *οι δ' ἐν Ἐυωνύμῳ τῆς Ἀττικῆς* Ephorus ap. Steph. Byz. s. v. *Βεννεμία* ubi *ἐξ Ευωνύμου* legendum videtur. Qui vicus „demus" postea factus est tribus Erechtheidos Steph. Byz. s. v. „*Ἐυώνυμος*". 17) Strab. 1, p. 10. cf. Ael. Var. hist. VIII, 5. 18) Creophyl. ap. Atheo VIII, 361. D. E. cf. Sturz ad frgm. Pherecyd. p. 124. 19) Cf. Herod. V, 100. 20) Creophyl. l. l. 21) *Λέλεγας μὲν καὶ Λυδοὺς τὴν ἄνω πόλιν ἔχοντας ἐξέβαλεν ἐκ τῆς χώρας* Paus. VII, 2, 8. 22) Atheo. l. l. 23) *τοῖς δὲ περὶ τὸ ἱερὸν οἰκοῦσι δεῖμα ἦν οὐδὲν, ἀλλὰ Ἴωσιν ὅρκους δόντες καὶ ἀνὰ μέρος παρ' αὐτῶν λαβόντες ἐκτὸς ἦσαν πολέμου* Paus. l. l. 24) Ephor. l. l. *Βέννα μία βουλὴ τῶν ἐν Ἐφέσῳ πέντε, ἧς οἱ βουλευταὶ Βέννιοι* et paullo infra *οἱ μὲν γὰρ ἐν Βέννῃ Βέννιοι.* — Locus corruptissimus est (cf. iott. apud Berkel et Dindorfium ad h. l.) quare noo dubito haec mutare. Pro *βόυλη* ex ioscriptione Ephes. C. I. 2956. *φύλη* legendum esse apparet, quare et pro *Βουλευταί* propono *φυλέται.* — *Βέννιοι* denique in titulo sunt *Βενναῖοι*, ut procul dubio pro *BEINAIOI* legendum est. 25) Ephor. l. l.

et Athenienses intelligendi sunt es qui summam coloniae partem effecisse videntur Arcades. — De nomine vero, quod urbi indiderint cf. c. III, §. 8. Civitas vixdum condita haud parvis statim incrementis mirum in modum aucta est. Eo enim Sami occupatio referenda est, quam cum vicinis insulis [26]), victo atque expulso Leogoro rege, Proclis filio (quem cum Caribus contra se conspirasse accusarunt), per decem annos tenuerunt Ephesii. Postea autem Samii, quorum pars Samothracen confugerant [27]), pars, Anaea in ora Ephesia occupata moenibusque circumdata, vitam praedatoriam egerant [28]), hinc in insulam patriam redierunt eamque victis fugatisque Ephesiis rursus occuparunt [29]). In ora vero Ephesia nonnisi Marathesium retinuerunt, quod postea pro Neapoli, quae antea Anaea dicta erat, cesserunt Ephesiis [30]). Quo bello finito aliud aliunde nascenti urbi imminebat. Cares enim, suas, e quibus pulsi erant, sedes vi atque armis repetituri jam Prienenses aggressi erant, quibus Androclus auxilium tulit. In pugna victores quidem Graeci exstiterunt, rex autem et ipse interfectus est et magna Ephesiorum pars caesa [31]). Superstites regis cadaver in patriam reportatum haud procul ab urbe sepelierunt [32]). — Quo facto Ephesii seditionem contra regis filios moverunt [33]), in qua, ne hisce succumberent, Teios [34]) et Carinaeos [35]) auxilio adsciverunt eosque in civitatem re-

---

οὓς δ' ἐξ ἀρχῆς ἐν Ἐφέσῳ κατέλαβον Ἐφεσίους φασί; ubi proximae circa sacellum regiones intelligendae videntur. 26) Paus. VII, 2, 8. cf. Sturz l. l. 27) Suid. s. v. „Samothrac.“ 28) Plut. Qu. Graec. 55. 29) Paus. VII, 4, 2. 3. Plut. l. l. 30) Strab. l. l. cf. c. I, §. 5. Steph. Byz. s. v. *Ἄναια.* 31) Ephor. ap. Steph. Byz. l. l. 32) Sepulcrum vidit et descripsit Paus. VII, 2, 9. cf. tabul. II. 33) *βουλόμενοι βοήθειαν ἔχειν πρὸς αὐτούς, ἐκ Τέω καὶ Καρίνης* (sic enim pro *Καρήνης* ex Herodoto restituit Berkel.) *ἀποίκους ἔλαβον, ἀφ' ὧν ἐν Ἐφέσῳ δύο φυλαὶ* (*βουλαὶ* ap. Steph. est) *τῶν πέντε τὰς ἐπωνυμίας ἔχουσι.* 34) Teos notissima Ioniae urbs est Paus. VIII, 3, 6. 35) Carina urbs in confinio

ceperunt, unde, quae tres antea tribus erant, quinque factae sunt, servatis tamen Teiorum et Carinaeorum nominibus [36]). Quo firmissimo democratiae fundamento respublica Ephesina libera facta est, et imperium, quod Regis antea erat, magno ipsarum Athenarum exemplo ad archontes delatum, qui, quum, ut saepius factum videmus, e regio genere sumerentur, regio quoque nomine appellati sunt. Qua de mutatione cf. infra §. 10.

Eodem fere tempore eandemque ob causam Samiorum pars in civitatem recepti videntur [37]), unde ea quam Ephesii iis concesserunt urbis pars Samorna dicta est. — Hoc nomen in „Smyrnam" postea abiit [38]), et, quamquam vicus tantum Smyrna erat, cujus situm supra descripsimus (c. I, §. 3, n. 13—19.), inter ipsius urbis nomina refertur [39]).

Mysine et Phrygiae sita videtur; Mysiae enim est apud Stephanum s. v. Phrygiae apud Plinium V, 41. 36) *τοὺς δὲ ὕστερον ἐπήλυδας Τηίους καὶ Καριναίους ἀποκαλοῦσι* Ephorus l. l. 37) Sed universa haec sententia conjectura potius quam certo quodam argumento nititur. Est enim apud Athenaeum VI, 267. A. B. Malaci e Siphniorum horis fragmentum, quo Samiorum servos (Geomoros puta) propter seditionem ex insula excidisse, Ephesum habitasse (*ᾤκησαν* in libris est, quod nullo jure in *ᾤκισαν* Schweigh. mutavit, quo sola „condendi" notio continetur, quum in *ᾤκησαν* etiam „habitandi" notio, qua hic opus est, lateat) ibique cives factos esse narrat. Levi enim mutatione pro *ἐκ τούτων ἐγένοντο οἱ Ἐφέσιοι*, equidem lego *ἐκ τούτων ἐγένοντο Ἐφέσιοι* (Samii sc.) i. e. posthaec (eadem ratio de tempore *ἐκ τούτων* usurpatur ap. Xenoph. Hell. VI, 3, 2.) Ephesii facti sunt; Samii igitur in civitatem ab Ephesiis recepti. Haec enim et cum iis, quae ap. Athenaeum praecedunt optime quadrant et cum historia Ephesiorum mirum quantum conveniunt. 37) Ita quidem Hemsterh. ap. Albert. ad Hesych. s. v. *Ἄρτεμις Ἀρμετίη* „Mihi nullum est inter *Σαμόρναν* et *Σμύρναν* discrimen, nisi dialecti Aeolicae, quae *ο* vertit in *υ* cett." Quod quae comprobent apud Gregorium Corinthium repperi de dialecto Aeolica §. IX. cf. Bast. apud Schaeferum in ed. Gregor. p. 585. 886. ibique Grammaticus Leydens. et Meermann. p. 588. 637. 676. 690. all. 39) Plin. l. l. — Steph. Byz. — Strab. — unde Callino *Σμυρναῖοι* Ephesii appellantur ibid. — cf. c. I, §. 3.

§. 3.

Pars tertia, Ephesiorum historiam continens usque ad annum 546.

Qua mutatione facta, situs opportunitate adjuti — patebat enim magnus Lydiae tractus, montibus undique circumdatus et Tmolo a praecipua Lydorum regum sede, Sardibus, seclusus — Ephesii fines suos valde augebant. Lydis enim, qui Maeones tum audiebant, et Septentrionem, ubi lacus Selenusii erant et Larissa urbs, et Orientem versus, quam regionem Caystrus perfluit, multa arripuerunt [1]). Quam fines extendendi eximiam facultatem causam fuisse video, cur tam paucas, si cum aliis compararis [2]), colonias Ephesii deduxerint. Cf. c. I, §. 1.

Quum enim aliae civitates ob crescentem hominum multitudinem, ad condendas colonias saepissime coactae fuerint, Ephesiis, qui et magno territorio et multarum urbium possessione gauderent, quas aliqua sane ex parte colonias appellare licet [3]), alias ultra fines suos ducere vix opus erat.

Unde fit, ut, quos condiderunt non ab ipsa re publica sed a certa potius civium parte deductas cognoscere liceat. Haec enim Smyrnae origo videtur. Smyrnaei nempe illi, qui Smyrnam, urbis partem habitarunt, sive quod dissensio quaedam inter eos et Ephesios orta fuerit, sive aliam quandam ob causam, urbe relicta et admistis sane Ephesiorum familiis nonnullis Smyrnam condiderunt et patrii vici nomine appellarunt [4]). Ejecti vero ab Aeolensibus Cymnaeis [5]) Colophonem confugere co-

1) Strab. XIII, 620. *Ἐφέσιοι δ' αὐξηθέντες ὕστερον πολλὴν τῆς τῶν Μῃόνων, οὓς νῦν Λυδοὺς φαμεν, ἀπετέμοντο.* 2) Mileto e. gr. quam plus septuaginta colonias condidisse constat Herm. A. Gr. §. 78. p. 169—172. 3) De Neapoli Raoul-Roch. Et. d. col. III, p. 153. 4) Strab. l. l. 5) Quibuscum tamen per tempus aliquod una urbem videntur habitasse cf. Mueller Litt. Gesch. I, p. 73 ss.

aeti sunt, unde iterum Smyrnam occuparunt [6]). Qua ratione factum est, ut ad Aeolicas modo urbes Smyrna referatur [7]), modo ad Ionicas [8]), in quarum foedus postea, Ephesii petentibus, Smyrnaei recepti sunt [9]). — Alteram Ephesiorum coloniam, Elaeuntem dico [10]), simili quadam ex causa, quamvis aliam prorsus referat Pythocles [11]), originem cepisse mihi quidem propterea veri simillimum est, quod Scymnus Chius [12]) Elaeuntem Teïam coloniam appellat. Hoc enim ita cum Pythoclis narratione conciliari potest, ut Teii, quos in civitatem Ephesii receperunt, nescio quam ob causam, Ephesum reliquerint et duce Hegesistrato Elaeuntem condiderint, quae hac ratione quo jure Teïa dicatur colonia, quamvis Ephesiorum sit, facile perspicitur [13]).

Ad remotiores porro colonias, siquidem hoc nomine uti licet, eae referendae sunt, quas commercii causa condiderunt Ephesii, quales sunt Ephesiorum portus in Ponto [14]), insula Ephesus in Nilo [15]) aliaeque fortasse, quorum nomina memoriae non tradita sunt [16]). — In

---

6) Herod. I, 150. — Paus. VII, 5, 1. *Σμύρναν ...... Ἴωνες ἐκ Κολοφῶνος ὁρμηθέντες ἀφελόμενοι.* 7) Herod. I, 149. — Paus. l. l. 8) Gyge regnante Smyrnaei jam Iones appellantur Paus. IV, 21, 5. — cf. Muell. l. l. p. 74. — Herm. §. 76, 18. p. 165. — Wachsmuth. H. A. I, 1. p. 114. 9) Strabo XIV, p. 642. 10) In Chersoneso Thracio „quae finit Hellespontum“ Pompon. Mela II, 2. 11) Pythocles Samius ap. Plutarch. Parall. XLI. *Ἡγησίστρατος, ἀνὴρ Ἐφέσιος ἐμφύλιον φόνον δράσας ἔφυγεν εἰς Δελφοὺς* — et accepto oraculi responso — *ἔκτισεν πόλιν καὶ ἐκάλεσεν Ἐλαιοῦντα.* 12) Apud Marcian. Heracleot. v. 706. *τηϊκὴν ἀποικίαν*, quod nullo jure in *ἀττικὴν* mutandum censet Berkel. ad Steph. Byz. s. v. „*Ἐλ.*“ 13) Ambigue Raoul Roch. l. l. „tous les deux (Teii et Ephesii) la fondèrent à parties égales“. 14) „Ubi continens longum littus vocatum est Ephesiorum portus a multis Ephesiorum navibus huc appulsis“ Dionys. Thrac. de Thrac. Bosporo. Hudson III, p. 17. 15) Hecataeus Mil. ap. Steph. s. v. — Klausen frgm. 286. qui ad hunc locum: „probabile est sitas fuisse has insulas in vicinia Canobi, ubi Graecorum erant coloniae in Aegypto“. 16) Propter summum, quo Ephesus florebat mercaturae commer-

describendis autem Ephesiorum incrementis Heracleotidis denique mentionem adjiciam, quam tenuisse Ephesios e Strabone apparet [17]). Num vero hoc, de quo nunc agimus tempore in ejus possessionem jam venerint Ephesii, magnopere dubitarim. Quae omnia vix certae cuidam aetati adscribi possunt; certiora sunt, licet ab omni dubitatione haud remota, quae de bello, quod cum Magnetibus gesserunt Ephesii, e quibusdam vestigiis colligi possunt, et, quae in idem fere tempus incidit, Ephesi contra Treres defensio. — Bellum enim cum Magnetibus tam infeliciter gesserunt [18]), ut ultimum periculum vix effugissent, nisi eodem tempore Magnetes a Treribus bello petiti fuissent et devicti; ita ut Ephesii, hostium infortunia utentes urbem, a Treribus jamjam dirutam statim occuparent [19]). Quod et ipsum in Callini vitam cadere videtur, quippe qui, ut prosperi Magnetum status, sic etiam eorum infortuniae captaeque urbis mentionem faciat [20]). Cf. c. IV, p. I, §. 1.

Hanc vero, qua Magnesia diruta est, Trerum incursionem alia modo antecesserat Cimmeriorum, qui, quum a Scythis pulsi Gyge regnante in Asiam irruissent, sub Ardye (Ol. 25, 2—37, 4 = 678—629) Sardes ceperunt [21]); iisque relictis Lygdami duce Ioniam aggressi

---

cium. Strab. XII, p. 540 in. p. 557. 17) XIV, p. 642. cf. c. I, §. 5. extr. 18) Strab. XIV, 647. *Καλλῖνος μὲν οὖν ὡς εὐτυχούντων ἔτι τῶν Μαγνήτων μέμνηται καὶ καθορθούντων ἐν τῷ πρὸς τοὺς Εφεσίους πολέμῳ.* — Apud Aelian. V. H. XIV, 46. acies describitur, qua *οἱ Μαιάνδρῳ παροικοῦντες Μάγνητες Ἐφεσίοις πολεμοῦντες* in bello isto victoriam reportarunt. 19) Qua in re Groskurdium sequor, qui ad versionem Strab. t. III, pag. 30, n. 1. pro *τῷ δ' ἑξῆς ἔτει* e Cod. Mosc. *ἔτι* proponit et p. 31, n. 2. pro *Μιλησίους*: „*Ἐφεσίους*". cf. quem laudat Clem. Alex. Strom. p. 397. 20) Apud Athenaeum. XII, 525. *Ἀπώλοντο δὲ καὶ Μάγνητες οἱ πρὸς Μαιάνδρῳ διὰ τὸ πλέον ἀνεθῆναι ὥς φησι Καλλῖνος ἐν τοῖς ἐλεγείοις — ἑάλωσαν γὰρ ὑπὸ Ἐφεσίων.* 21) Posthabitis et Frankii (Callin.) et Bachii (fragm. Call. praef.) disputationibus, Muellerum sequor Litt. Gesch. I, p. 191. 192.

sunt Ephesumque non solum oppugnarunt sed, templo quoque incenso [22]), occupasse etiam videntur. Mox tamen victi sunt atque repulsi [23]), unde, quum nec Sardes, nec Magnesia postea hisce populis resistere potuissent, permagnam jam tum Ephesiorum potentiam fuisse sequitur. Accedit, quod a Lydorum regibus, quorum Gyges, Mileto et Smyrna frustra tentatis, Colophonem ceperat [24]), Ardys Prieuen [25]), Alyattes, bello cum Milesiis composito, Smyrnam in potestatem suam redegerant [26]), haud antea lacessiti fuerint Ephesii, quam sub Croeso, omnium potentissimo. Croesus enim, quum totius Ioniae subjiciendae consilium agitaret, Ephesios omnium Graecorum primos aggressus est [27]).

Hi vero tyrannorum imperio, ut in democratiis fieri solet, jam dudum subjecti erant. — Jam enim Pythagoras [28]), fracta regii generis potestate [29]), plebi adversus potentiores gratificatus atque imperii spe adulatus teterrimus tyrannus exstiterat, cui nec Deorum neque hominum jura sacra erant aut intacta [30]). — Sub Alyatte Melanem, Pindari tyranni patrem, et ipsum tyrannidem usurpasse suspicor, quippe quem Alyattis filiam in matrimo-

22) Hesych. s. v. *Λύγδαμις*. — Callim. H. in Dian. v. 251 ss. — Quocum populo conjunctas Amazones referunt recentiores Syncell. 178 A, Dind. 334, 18. *Ἀμαζόνες τῇ Ἀσίᾳ ἐπῆλθον ἅμα Κιμμερίοις.* — Euseb. Chr. a. m. 4060. *Αὗται* (Amazones) *καὶ τὸ ἐν Ἐφέσῳ ἱερὸν προενέπρησαν.* 23) Unde proverbium *Σκυθῶν ἐρημία· ἀπὸ τῶν ἐξ Ἐφέσου φυγόντων* apud Hesych. s. v. — Scythae pro Cimmeriis positi sunt. cf. intt. ad Hesych. l. l. 24) Herod. I, 14. 25) Ib. c. 15. 26) Ibid. c. 16. 17. 27) *Πρώτοις Ἑλλήνων ἐπεθήκατο Ἐφεσίοις.* Her. I, 26. 28) Nomen ejus in numis Eph. invenitur Mionn. Supplém. VI, 206. 223. 29) Baton ap. Suid. *Πυθαγόρας Ἐφέσιος καταλύσας δι' ἐπιβουλῆς τὴν τῶν Βασιλιδῶν καλουμένην ἀρχήν.* (Cf. c. IV, p. 1, §. 2, n. V). Quamobrem eum ante Pindarum et Melanem posui. Regio enim genere imperio tenente tyrannos vix oriri posse historia docet. Apud Batonem nonnisi haec sunt *ἦν δὲ πρὸ Κύρου τῶν Περσῶν.* 30) Suid. l. l. *ἀνεφάνη τε τύραννος πικρότατος, καὶ τῷ δήμῳ καὶ τῇ πληθύϊ ἦν δὲ καὶ ἐδόκει κεχαρισμένος κτλ.*

nium duxisse sciamus [31]), neque veri sit simile Lydiae regem filiam suam privato collocasse [32]). Quum igitur Croesus Ephesum oppugnaret, Pindarus ibi regnabat, Melanis et Croesi sororis filius, qui, licet in cives valde severus [33]), in universum tamen nec virtutis nec prudentiae erat expers, summoque patriae contra barbaros defendendae studio incensus. Quapropter multum Croesus erravit, qui Pindarum urbem sibi traditurum speraverat, eique qui hoc postularent legatos jam miserat; recusavit enim ille; Croesus vero ad urbem oppugnandam accessit. Et turri quadam collapsa [34]), jam in eo erat, ut urbe potiretur, quum notissimo Pindari consilio, urbem funibus templo alligatam, tamquam ipsi Deae consecrarent Ephesii [35]). Quo facto legatos ad Croesum miserunt, qui foedus et libertatem ea conditione impetrarunt, ut Pindarus patriam relinqueret [36]). Neque is, tanto erga cives amore erat, recusavit et Pasicle, filii tutore divitiarumque, quas non secum abstulit, custode relicto in Peloponnesum migravit [37]). Quod quinque fere annos antequam Croesus solus Lydiae imperium suscepit, factum videtur (566) [38]). Paullo vero post Pindarum ejectum Ephesii certa quadam reipublicae administrandae formae et auxilii contra barbaros desiderio [39]), Aristarchum quendam Atheniensem acciverunt, quem summo, ut tum in civitatibus Grae-

31) Aelian. V. H. III, 26, ubi Pindarus, Mel. f. *θυγατριδοῦς Ἀλυάττου τοῦ Λυδοῦ.* 32) Accedit quod Pindarus *διαδεξάμενος τὴν τυραννίδα* dicitur l. l. 33) *Φιλόκαλος* ex emendatione Perizonii pro *φιλόπαις* ap. Aelian. l. l. 34) Hanc ob causam *προδότης* postea dicta est Polyaen. Strat. VI, 50. Aelian. l. l. 35) Praeter Aelianum et Polyaenum Herod. I, 26. 36) *Πρὸς τοὺς Ἐφεσίους ἐπὶ ἐλευθερίας συνθήκας ἐποιήσατο* Croesus Polyaen. l. l. 37) Aelian. l. l. 38) Ubi enim Cyrus Medorum imperium dissolvit, 5 jam annos Aristarchus summae rerum Ephesi fertur praefuisse. Croesus vero antea, quam patri mortuo successit, regni socius fuerat. (Zumpt. Ann. p. 5.) 39) Croesus enim multas Graecorum urbes ditioni suae subjecit, alias semper apud alias causas praetexens. Herod. I, 27.

ciae fieri solebat [40]), imperio instruxerunt [41]); in quo munere ne aesymnetiam, quae dictaturae apud Graecos vicem habuit, agnoscamus nihil impedit [42]). Utut vero est, Aristarchus maxima cura et prudentia ita per quinque annos (564—559) regnavit, ut omnium civium amorem meruerit; donec, Cyro Persarum rege facto, Atheniensium, ut videtur, jussu imperio abdicavit [43]).

AETAS SECUNDA.

Ephesiorum historiam continens usque ad a. 334.

§. 4.

Pars prima; Ephesus Persarum imperio subjecta.

Croeso, contra quem Iones Cyro omne auxilium negarunt [1]), devicto (a. 546), omnia belli barbarorumque imperii mala hos manebant, eoque magis Ephesiis imminebant, quo sub Croeso majore, quam caeteri Iones, libertate usi erant. Pacis enim conditionibus a Cyro rejectis [2]), auxilio a Spartanis recusato [3]), quum neque Pactyae contra Persas seditio [4]), cujus etiam Ephesii participes fuisse videntur [5]), neque ipsorum Graecorum eximia virtus atque constantia Ioniam contra Harpagum de-

---

40) Cf. Herm. Antt. §. 63. p. 141. 142. 41) Suidas s. v. *Ἀρίσταρχος.* 42) Verba Suidae, qui e Batone hausisse videtur (cf. c. IV, p. 1, §. 2, n. V.) *οὗτος τὴν ἐν Ἐφέσῳ μόναρχος εἶχεν ἐξουσίαν, ἐκ τῶν Ἀθηναίων ἥκων κλητὸς,* miro quantum cum Aristotelis loco congruunt, quo aesymnetiam hisce verbis describit (Pol. IV, 8, 2.) *καὶ τὸ παλαιὸν ἐν τοῖς ἀρχαίοις Ἕλλησιν ἐγίνοντό τινες μόναρχοι τόν τρόπον τοῦτον (αὐτοκράτορες αἱρετοί) οὓς ἐκάλουν αἰσυμνήτας.* 43) *Ὑπανέστη δὲ ἐκ τῶν Ἀθηναίων.* Suid. l. l.

1) Herod. I, 141. 2) Sola Miletus easdem, quibus sub Croeso gavisa erat, conditiones obtinuit. 3) Her. I, 153. 4) Ibid. c. 154 ss. 5) *Ἐπιθαλάσσιοι* enim *ἄνθρωποι*, quos Pactyas ad defectionem pellicuisse dicitur, nonnisi Iones, quippe qui totam oram tenuerint, censendi sunt; inter quos, Milesiis seditionis haud participibus, Ephesii potentissimi erant.

fendere potuissent [6]), ac ne in universo quidem isto, quod prope Ephesum in Panionio habuerunt, concilio, spretis Biantis consiliis, ulla salutis spes relicta esset [7]): Iones tamquam servi barbarorum contra Cares bellum gerere coacti sunt [8]). — Nec mortuo Cyro rerum Ionicarum status mutatus est; quos enim pro victis hostibus ille habuerat, pro servis patriis habuit Cambyses [9]), et quae, Cambyse mortuo (522) brevissima sub Pseudo-Smerdi Ionibus illuxit libertas [10]), eo tantum contulisse videtur, ut auctis sub Dario tributis [11]), quum et viri desiderium et barbarae potestatis odium augerentur, ad libertatem tamdiu amissam bello sibi recuperandam Graeci vehementer excitarentur. — Antequam vero de nobilissimo illo bello dicamus, paucis tantum monendum est, Ephesios, ut externis regibus subjecti erant, ne internis quidem tyrannis caruisse. Comas enim atque Athenagoras, Ephesiorum tyranni, quorum nominibus numos etiam nonnullos Eph. signatos repperi [12]), his temporibus vixerunt. Quippe Hipponactem, iambographum Ephesium, quem LX. olympiade floruisse constat (cf. c. IV, p. I, §. 1.) ex urbe patria ejecisse dicuntur [13]).

Sed jam belli istius, quod fusius enarrare hic non locus est, ea tantum, quae ad nostrae urbis historiam spectare mihi videntur, paucis verbis exponam. Prima igitur, quam, pulsis ab Aristagora tyrannis [14]) et acceptis, quae Athenienses [15]) et Eretrienses miserant [16]) auxiliis,

6) Her. I, 161. — *Οὕτω δὴ τὸ δεύτερον Ἰωνίη ἐδεδούλωτο.* c. 169. 7) Notum est Biantem Ionibus, patria relicta, novas sedes quaerendas proposuisse. 8) Her. I, 170. 9) Ib. I, 214. *δοῦλοι πατρῷοι.* Cf. II, 1. — III, 1. 10) Her. III, 67. 11) Ibid. III, 90. 12) Mionn. Supplém. VI, n. 195. *ΚΟΜΗΣ* (Dumersan Cabin. de Mr. Allier de Hauteroche pl. XIV, 14.) Mionn. ib. n. 232. *ΑΘΗΝΑΓΟΡΑΣ.* 13) Neque obest aetas poetae, ne sub Dario tyrannos istos vixisse ponamus (Procl. Chrest. de Hipponacte *ἤκμαζε κατὰ Δαρεῖον*), quo tempore fortasse ab Aristagora ejecti sunt. 14) Her. V, 37, 38. 15) Viginti navibus V, 97. 16) Quinque navibus V, 99.

contra Persas susceperunt expeditio et Epheso profecta est et Ephesiis ducibus suscepta. Ephesum enim quum terrestres Ionum et navales copiae convenissent, exercitus inde, navibus in Coresso relictis (cf. c. I, §. 2.) et Ephesiis, ut dixi, ducibus per campum Caystrianum, Tmolo superato, Sardes profectus est; quibus praeter acropolin captis [17]) et deflagratis [18]) citissime ad fugam se recipere coacti sunt [19]) et in ipsa Ephesiorum vel urbe vel terra capti magnaque clade affecti [20]).

Victi autem, licet Atheniensium auxilio privati [21]), bellum sat feliciter continuarunt; quum vero, captis Clazomenis et Cymis [22]), interfecto Aristagora [23]), Ioniae denique imperio ad Histiaeum delato [24]), magnos praeterea ad Miletum oppugnandam apparatus fieri audirent [25]): omnes Iones legatos ad universam in Panionio concionem miserunt, qui Miletum moenibus cingendam, classem complendam esse decreverunt completamque ad Ladam consistere jusserunt, unde si opus foret, auxilium ferret Milesiis [26]). Quod si quis miretur in hujus classis catalogo nullam ab Ephesiis exstructarum navium mentionem fieri [27]), id ita tantum explicari potest, ut, quum de bona Ephesiorum voluntate dubitare nequaquam liceat [28]), aut terrestres belli apparatus susceperint Ephesii [29]) aut urbs jam tum a Persis occupata fuerit [30]) vel navibus, quae in portu erant, in magna illa Graecorum clade privata. In malam sane partem fatalem istum errorem haud

17) Her. V, 100. 18) Fortuito potius casu, quam e Graecorum consilio V, 101. 19) Persarum enim exercitus contra spem Tissapherni, arci incluso, auxilium tulit. 20) *Αἱρέουσι αὐτοὺς ἐν Ἐφέσῳ* ib. V, 102. 21) V, 103. 22) Ibid. c. 123. 23) Ibid. c. 126. 24) Her. VI, 2. 25) Ibid. 26) Her. VI, 7. 27) VI, 8. ib. 28) Quod et prima belli expeditio et universum Ionum in Panionio, ipsius Ephesiae urbe, concilium satis comprobant. 29) His enim, etsi terrestres copias contra Persas haud parare diserte decreverunt Iones (VI, 7.), nequaquam tamen carere potuerunt. 30) Persae enim hostes *αἱρέουσι ἐν Ἐφέσῳ* cf. supra.

accipi posse, quo Ephesii Chios, qui e pugna saucii Ephesum confugerant, praedatores rati undique circumventos obtruncarunt, vix est quod moneam; nox enim erat, neque Ephesii, quos frequentibus ejusmodi praedatorum irruptionibus expositos fuisse scimus, pugnae exitum noverunt [31]). — Utut vero est, Graecos proditione victos esse [32]) et, Mileto septimo defectionis anno capta [33]), belloque, si minora quaedam proelia exceperis, finito [34]), tertium sub Persarum domitiationem venisse satis notum est [35]). In quo Mileti excidio (493) praeter totius Ioniae, quae inde secuta est, subjectionem, id nobis potissimum spectandum est, quod sola fere, quam inter urbes Ioniae habuit, aemula deleta, Ephesus nostra, firmato etiam interiore rei publicae statu, nunc tandem, quod et propter situs opportunitatem urbisque magnitudinem et propter templi atque religionis famam jamjam meruerat, totius Ioniae caput facta sit, eamque dignitatem per multa saecula retinuerit [36]). Cf. §. 9. extr. c. III, §. 11. extr.

Quam misera vero post Miletum captam Ionum sors fuerit, urbibus occupatis civibusque interfectis, pueris atque puellis violatis templis denique plurimis incensis [37]), vix est quod commemorem: quorum malorum etsi non omnino expertes erant Ephesii, ultimam tamen calamitatem, templi ruinam dico, feliciter effugerunt [38]). — Sed quo durior, eo brevior haec Graecorum servitus futura videbatur; quum enim, Dario mortuo (485), ipse Xerxes contra Graecos profectus esset — in cujus expeditionis initio licet tota Ionia caedibus atque incendiis repleta,

31) Herod. VI, 15. 16. 32) Ib. 9—14. 33) Ib. 18—22. 34) Ut e. g. ad Malenas prom. VI, 29. 35) *Οὕτω δὴ τὸ τρίτον Ἴωνες κατεδουλώθησαν* ib. VI, 32. 36) *Καὶ κατὰ μὲν τοὺς χρόνους τοὺς Περσικοὺς τοσαύτην αἰδῶ παρὰ τῶν βαρβάρων ὑπάρχειν τῇ Ἀρτέμιδι, ἡνίκα δ' αὐτός τε ὁ νεὼς μείζων, ἢ πρόσθεν ἕστηκεν, ἀρχή τε ἡ μεγίστη πασῶν καὶ ἅμα σεμνοτάτη καθέστηκεν κτλ.* Aristid. or. de Concord. p. 776. Dind. 37) Her. VI, 31. 32. 38) Xerxis enim aetate templum incolume est (cf. n. 39.) — Arist. l. l. —

solo tamen templo Ephesino abstinuit [39]) — frequentes Persarum ad Salamina, Plataeas, Mycalen denique clades (480) Ionum libertatis recuperandae spes magnopere auxerunt, quae ne in nimium crescentes noxiae sibi fierent, Persae classe prope Samum collocata caverunt, qua et omnes defectionis conatus se repressuros sperabant, et, ne quid auxilii adsciscerctur impedituros [40]). Iu quo falsi sunt. Saepissime enim legatis feliciter Athenas missis ibique benigne acceptis [41]), Persas, quorum pedester exercitus ad Mycalen stetit [42]), Graeci aggressi sunt, eosque frequenti Ionum, qui in Persarum exercitu erant, defectione adjuti [43]) proelio devicerunt (479). Qua victoria iterum Ionum libertas restituta est [44]), quam Cimonis ad Eurymedontem victoria (469) et, quae hanc subsecuta est, pax (449) in posterum etiam stabiliverunt.

§. 5.

Pars secunda; Ephesii liberi bellorumque, quae Graeci gesserunt, participes (a. 449—a. 387.).

Recuperata libertate Ephesii, ut universa Ionia [1]), Atheniensium, ut quibus libertatis gratiam haberent, perpetui fere socii erant; quod, etsi Thucydides de ratione, quae inter utramque urbem intercesserit, nihil prorsus diserte prodiderit, in bello potissimum Peloponnesiaco locum habuisse e vestigiis sane quibusdam colligi potest, quae jam temporum ordine referemus.

Quarto enim belli anno (423) Ephesum Atheniensium sociam fuisse inde apparet, quod Alcidas Spartanorum dux, quum Lesbum, quam postquam defecit ab Athe-

---

39) Strab. XIV, p. 634. 40) Herod. VIII, 130. 41) Herod. VIII, c. 132. 133. — IX, 90. 42) Ibid. IX, 96. 43) Ib. IX, 103. — cf. Polyaen. Strateg. VII, 45. 44) *Οὕτω δὴ τὸ δεύτερον Ἰωνίη ἀπὸ Περσέων ἀπέστη* Her. IX, 103.

1) Thucyd. II, 9.

niensibus Paches oppugnavit, hisce arripere non potuisset[2]), malo rei eventu iratus, Erythris praeterea et Cymis oppugnatis, nec tamen captis[3]), omnibus viribus Ephesum contendit[4]). In qua oppugnanda ne ulterius procederet, Atheniensium potius auxilium, quam Samiorum consilia effecisse credideris[5]). Audito enim Atheniensium classem appropinquare, tanta celeritate Ephesum relinquere properavit Alcidas, ut fugae eum insimulare potuerit Thucydides[6]).

Octavo porro belli anno (424) Ephesios Atheniensium partes secutos fuisse ex legatione apparet, quam capto (ad Strymonem) Persarum ad Lacedaemonios legato, Ephesum miserunt Athenienses. Hanc enim urbem, ni tutam sibi ac fidam scivissent, haud sane adiissent[7]). Ad recentiora tempora Satyri narratio referri debet, qui Ephesum *συμμαχίδα* Atheniensium *πόλιν* appellat, eamque Alcibiadi, dum bellum gereret *σκηνὴν Περσικὴν* praebuisse narrat, ut alias urbes alia[8]). Quibus Platonis[9]) in universum dictum accedit, qui Ionem Ephesium haec loquentem facit: *ἡ ἡμετέρα*, inquit, *πόλις ἄρχεται ὑπ' ὑμῶν* (*Ἀθηναίων* sc.) *καὶ στρατηγεῖται*[10]). Neque ta-

---

2) Ad quam contra Athenienses tuendam missus et quadraginta navibus instructus erat. Thuc. III, 28. 29. 3) Thuc. III, 30. 4) *Καθορμισαμένου ἐς τὴν Ἔφεσον* ibid. III, 32. Quem locum cur Ill. Krueger inter eos locos, quibus Thucydides Ephesi mentionem fecerit, referre omiserit equidem nescio. cf. Dionys. Hal. Historiogr. p. 338, n. 105. 5) *Ἔλεγον οὐ καλῶς τὴν Ἑλλάδα ἐλευθεροῦν αὐτὸν, εἰ ἄνδρας διέφθειρεν οὔτε χεῖρας ἀνταιρουμένους, οὔτε πολεμίους, Ἀθηναίων δὲ ὑπ' ἀνάγκης συμμάχους* ibid. De Ephesiis sane in universum dici non poterat, coactos esse, ut Atheniensium partes sequerentur. Hic autem ad deliniendum Alcidam verba ista quam aptissima erant. 6) III, 33. in. *ἀπὸ δὲ τῆς Ἐφέσου ὁ Ἀλκίδας ἔπλει κατὰ τάχος καὶ φυγὴν ἐποιεῖτο· ὤφθη γὰρ ὑπὸ τῆς Σαλαμινίας καὶ Παράλου . . . . . . καὶ δεδιὼς τὴν δίωξιν ἔπλει διὰ τοῦ πελάγους κτλ.* 7) Thuc. IV, 50. 8) Satyrus ap. Athen. XIII, p. 534. D. 9) Ion dialogus sive Platonis sit, sive alius ab Aequali Platonis sane profectus est. 10) Ion p. 541. C. — cf.

men Ephesiorum cum Atheniensibus societas satis firma fuisse videtur, ut Ephesios contra Persas, qui numquam, praecipue ob tributa amissa [11]), Ioniae recuperandae spes deposuerant, tueri potuisset. Quum enim inter Atheniensium in expeditione Sicula auxiliares Ephesus, licet urbs maximae auctoritatis, haud referatur [12]) neque ad Lacedaemonios eam defecisse verisimile sit [13]), fieri non potest, quin cum Ill. Kruegero statuamus, paullo antea eam a Tissapherne occupatam atque Atheniensibus ereptam fuisse [14]). Post cladem sane Siculam Ephesios hostiles fuisse Atheniensibus, plurima vestigia docent. Chii enim, qui jam ab Atheniensibus defecerant, quid Mileti inter Spartanos et Persas ageretur (412) scire cupidi [15]), ad Anaeam urbem Ephesiam appellunt et visa Atheniensium classe pars Ephesum confugiunt, pars Teum [16]); unde quod supra diximus manifesto apparet.

Ita quoque explicatur, quod aliter vix explicari possit, cur Ephesus, inter eas urbes, quibus Alcibiades una cum Chalcideo Spartanorum ephoro Ioniae oram legens, ab Atheniensibus deficerent et foedus inirent cum Spartanis persuasisse dicitur [17]), Ephesus haud referatur. Persis enim, quibus subjecti erant Ephesii, Spartanis faventibus, et ipsi Spartanorum amici esse debuerunt. — Anno denique belli vigesimo primo (410) ipse Tissaphernes, cujus custodiae Gnido jam atque Mileto ejectae erant [18]),

---

Krueger l. l. p. 338, ubi adjici possunt, quae supra ex Athenaeo attulimus. 11) Thuc. VIII, 5. 12) Propter urbis enim auctoritatem vix cum caeteris iisque minoribus Ioniae civitatibus pecunias tantum Ephesios contribuisse statuendum est. 13) Hi enim vix illico Tissapherni, cujus postea erat, eam tradidissent, ut monuit Krueg. p. 339. 14) Krueger l. l. qui etiam illud Plutarchi (Lysand. c. III.) *τῶν βασιλικῶν στρατηγῶν αὐτόθι* (Ephesi) *τὰ πολλὰ διατριβόντων* huc facere credit. 15) Agebatur autem de foedere isto, quo Lacedaemonii omnia, quae Persis olim paruerant, Regi rursus concessuri erant. Thuc. VIII, 18. 16) Ibid. VIII, 19. 17) Ibid. VIII, 14 ss. 18) Ibid. VIII, 108.

quum Ephesi esset, magnum ibi in Dianae Ephesiae honorem sacrificium instituit [19]). — Haud igitur mirum est, Ephesum Alcibiade Athenas reverso, prosperis Atheniensium rebus vel ultionis metu, vel propter Persarum dominationem Atheniensibus semper inimicam mansisse. Quum enim Thrasyllus [20]), quem 50 navibus, 100 equitibus [21]), peditum vero quinque millibus [22]) Athenienses contra Ephesum miserunt, Pygelis sine ullo successu oppugnatis (408), agris vero vastatis [23]) ipsam Ephesum aggressus binis castris cinxisset, quorum haec ad paludem, illa ad Coressum sita erant [24]), praeter opinionem evenit, ut Ephesii, multis sane sociis gaudentes, Syracusanis et Selinusiis [25]), ac vel ipso Tissapherne, qui multum equitatum concitaverat [26]), eruptione facta Atheniensium hoplitas, qui ad paludem positi erant plane devincerent, victosque, quorum plus trecenti caedebantur, ad naves usque persequerentur [27]). Qua de victoria et tropaea in utroque pugnae loco erecta [28]) et egregiae sociis gratiae actae sunt [29]); Thrasyllum autem ejusque milites tanto dedecore clades illa affecit, ut Alcibiadis, qui Abydum oppugnabat, milites una cum illis pugnare recusarent [30]).

Quam ob causam ultionis metu in dies crescente

---

19) *Θυσίαν ἐποιήσατο τῇ Ἀρτέμιδι* VIII, 109, quibus verbis operi finem fecit Thucyd. 20) Sic etiam apud Diodorum XIII, 63 e Palmerii emendatione pro „Thrasybulo“ legendum est. 21) Diodor. Sicul. XIII, 63. 22) Xenoph. Hellen. I, 2, 1. 23) Antequam vero ipsam Ephesum adiit Colophonem occupavit. 24) Xen. I, 2, 7. *τοὺς μὲν ὁπλίτας ἐς τὸν Κορησσὸν ἀποβιβάσας, τοὺς δὲ ἱππεῖς . . . . . . πρὸς τὸ ἕλος ἐπὶ τὰ ἕτερα τῆς πόλεως, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ προςῆγε δύο στρατόπεδα.* 25) Quorum 25 naves in portu erant. 26) *Βοηθεῖν ἐς τὴν Ἔφεσον τῇ Ἀρτέμιδι* ib. §. 6. 27) Xenoph. Hell. I, 2, 7—9. 28) Ibid. I, 2, 10. *οἱ δὲ Ἐφέσιοι τρόπαιον ἐνταῦθα ἔστησαν καὶ ἕτερον πρὸς τῷ Κορησσῷ.* 29) Utrisque τοῖ *οἰκεῖν ἀτέλεια* data, Selenusiis postea, sua urbe privatis, civitas etiam concessa ib. 30) Plutarch. Alcibiad. c. 29. — Xenoph. Hell. I, 2, 15.

Ephesii Lysandrum, quem insequenti anno (407) Spartani septuaginta navium ducem Ephesum miserunt [31]), summis honoribus atque incredibili fere cum gaudio exceperunt [32]); cui et altera ratio accedit, qua, ne frequenti cum barbaris communione et ipsi barbarie paullatim inficerentur et corrumperentur, vehementer Ephesii metuebant [33]).

Atque una quidem ex parte, meruit sane, qui tantis honoribus afficeretur Lysander; quum enim urbem muniret, classem navibus et exstructis et undique huc contractis majorem redderet [34]), mercaturam denique portuumque commercium magnopere augeret [35]) — dubitare vix licet, quin magna saltem ex parte futurae Ephesi magnitudinis ipse quasi jecerit fundamenta [36]). Altera tamen ex parte neque in universum laudabiles Lysandri mores erant, neque illo tempero utilis urbi affuit. Ut enim Spartanorum, vel suam potius potentiam firmaret, potentibus nonnullis divitibusque Ephesiis, dummodo democratiae auctoritas fracta fuerit, tyrannidis occupandae spem injecit; quem in finem haeterias i. e. optimatium sodalitia instituit [37]), quae postea in decarchias sive decadarchias abierunt [38]). Decarchiae vero, quibus populi imperium atque auctoritas ad paucos optimatium principes

31) Plutarch. Lysand. III. — Xenoph. I, 5, 1. 32) Plutarchus Ephesum λακωνίζουσαν προθυμότατα appellat. Lysand. l. l. 33) Plut. ib. πράττουσαν δὲ τότε λυπηρῶς καὶ κινδυνεύουσαν ἐκβαρβαρωθῆναι τοῖς Περσικοῖς ἤθεσι διὰ τὰς ἐπιμιξίας Plut. l. l. 34) Xen. I, 5, 10. 35) Quare in posterum Ephesus semper Peloponnesiorum classis statio erat v. g. Diodor. XIII, 70. — Xen. I, 5, 1. — Plut. Alcib. 35. 36) Ὥστε πρῶτον ἀπ᾽ ἐκείνου τοῦ χρόνου τὴν πόλιν ἐπ᾽ ἐλπίδι τοῦ περὶ αὐτὴν νῦν ὄντος ὄγκου καὶ μεγέθους διὰ Λύσανδρον γενέσθαι. Plut. ib. fin. 37) Cf. Krueg. l. l. p. 362—365, 38) Ἀρχὰς ὑπέσπειρε τῶν ὕστερον ἐπ᾽ αὐτοῦ γενομένων δεκαδαρχιῶν (Plut. l. l.), quas instituisse ideo fertur ap. Xenoph. III, 4, 2. — Pausan. IX, 32, 9. — Cf. in universum Herm. §. 39, 7. p. 67. — Plass. Gesch. III, 436.

transierunt, jam ante annum 396 ab ipsis Ephoris dissolutae sunt [39]).

Sicuti autem optimates spe, sic plebem lucro mulcebat; quum enim Cyri minoris amicitia magnopere gauderet, pecuniis ab hoc acceptis [40]) mercedem augere poterat, ut qui tres antea, tum quatuor obolos acciperent [41]), quo et virtutem militum auxit et numerum; multi enim ab Atheniensibus nautae defecerunt. — Quo factum est, ut Athenienses, qui Antiocho ab Alcibiade duce relicto [42]), Samo ad portum usque Ephesinum processerant, paucis primum navibus tum tota classe fugata ad Notium promontorium, plane devincerent Ephesii [43]). Quum vero Athenienses paullo post ipso Alcibiade duce iterum portum cingerent, Lysander, spretis omnibus contumeliis, quiete mansit urbemque servavit [44]).

Revocato Lysandro, in hujus locum successit, Ephesumque venit Callicratidas, qui etsi propter eximias virtutes omnium admirationem meruit, et Lysander cum illo comparatus multis homo nequam videbatur [45]), ab eorum tamen, qui Lysandri beneficiis gavisi erant, multitudine spretus est atque neglectus. Accedebant malae Lysandri artes, qui reddita, quae e Cyri largitionibus supererat pecunia, in maximam Callicratidam penuriam injecerat; nam neque classem hic sustinere, nequae exercitum alere potuit et, Sardibus, quas, ut Cyrum adiret, profectus erat, ne viso quidem hoc, risus tantum et contemtum Ephesum rettulit [46]). Paullo post in proe-

---

39) Xen. III, 4, 2. 40) Mille daricos acceperat Plut. c. 4. 41) Xen. I, 5, 7. — Plut. c. 5. 42) Ipse Alcibiades Phocaeae tum versabatur Plut. 5. 43) In pugna autem Antiochus interfectus (Plut. Alcib. c. 35.), 15 triremes captae sunt, tropaeum denique a victoribus erectum (Pausan. III, 17, 4. — Xen. I, 5, 13). Alcibiadi vero propter hanc cladem imperium ademtum est. 44) Xen. I, 5, 15. 45) *Ὁ Λύσανδρος τῷ Καλλικρατίδᾳ παραβαλλόμενος ἐδόκει πανοῦργος εἶναι.* Plut. l. l. c. 7. 46) Plut. Lys. c. 7. (6. *ἐν πολλῇ ἀπορίᾳ κατέλιπε*). Arbitrarie Plass. III, p. 442.

lio ad Arginusas periit [47]), vir virtute clarior, quam felicior fortuna summisque Graecorum ducibus procul dubio annumerandus [48]). — Mortuo Callicratida Iones Ephesum conveuerunt [49]) (cf. c. III, §. 11.), ubi universo concilio placuit legatos Spartam mittere, rogaturos, ut Lysandrum rursus in Ioniam mitterent; quum vero contra leges esset unum eundemque bis hoc munere fungi, Aracus ab Ephoris missus est nauarchus, cui adjunxerant Lysandrum, qui re vera nauarchus erat et *κύριος ἁπάντων* [50]), quinto et vigesimo belli anno absoluto [51]) (406).

Proximo igitur vere Lysander Ephesum venit summoque ibi amicorum gaudio exceptus est (405), etsi haud defuere, qui, quanto Callicratidae inferior esset, animadverterint [52]). Eandem vero quam ingressus erat viam secutus, potentum amicitia, Cyri divitiis sibi comparandis et classem et exercitum restituere potuit, debitam mercedem solvere, ac vel novos etiam magistratus creare [53]). Dum igitur forte ab urbe aberat [54]), Atheniensium duces, qui Sami cum classe steterunt, Chio capta atque vastata Ephesum tota vi properarunt eamque ad proelium aeque atque ad oppugnationem parati navibus cinxerunt [55]). Quos quum Caria relicta Hellespontum petens tota classe praeterveheret, se sequi coëgit Lysander, iterumque urbem sibi traditam servavit. Quare fidi ei semper manserunt Ephesii sociique ejus erant in pugna ad Aegospotamos [56]).

Qua quum iniquissimum illud bellum finitum esset,

---

47) Xen. I, 6, 33. 48) Plut. l. l. 7, 8. — Xen. l. l. 49) Xen. II, 1, 6. 50) Plut. l. l. c. 9. 51) Xen. II, 1, 7. 52) Plut. c. 7. — Xen. II, 1, 8. 53) Xen. II, 1, 11. 12. Plut. 9. 54) In Caria versabatur, unde Cedrea, socia Atheniensium urbe, capta Rhodum abiit. Xen. II, 1, 15. 55) Ibid. §. 16. 56) Pausan. X, 9, 9. *Ἀνακεῖνται δὲ καὶ* (in templo Delphico) ...... *ὅσοι συγκατειργάσαντο τῷ Λυσάνδρῳ τὰ ἐν Αἴγος ποταμοῖς* ...... *ἐκ δὲ Ἐφέσου Κιμμέριος καὶ Μιλήσιος Αἰαντίδης.*

statuam ejus, nec non multorum aliorum Spartanorum in templo suo dedicarunt [57]) (404).

Finito igitur bello Peloponnesiaco, quum a Lacedaemoniis deserta crudelissimi Tissaphernis sedes futura esset [58]), multo gravior quam caeteris urbibus sors Epheso imminebat; hucusque enim, ut apud quos praecipua Spartanorum sedes fuisset, Ephesios amicos potius atque socios Persarum fuisse facile perspicitur; nunc servi futuri erant. — Quare ne recepto quidem Tissapherne, qui solam Miletum cepit, Ephesii caeterique Iones veterem amicum Cyrum adierunt, Lydiae satrapen, Regisque fratrem, Graeca cultura nequaquam expertem, communi consilio a Tissapherne deficientes. Quo facto Cyrus, missis ad Regem fratrem legatis, ut sibi potius, quam Tissapherni Graecarum civitatium imperium concederetur petivit; quod et matris auxilio et quia Rex oriente inter fratrem ac Tissaphernem dissensione gaudebat eo facilius obtinuit, quod integra, quae sibi tamquam justo domino Graeci pependerunt, tributa Regi mitteret. Praesidia igitur et praefectos in singulis urbibus habuit, quos, quum jam audacissimum expeditionis consilium moliretur, copias undique contrahere jussit, Tissaphernis, quem magnopere Graeci metuebant, adventum praetexens [59]). Cujus expeditionis magis, quam caeteri Iones, Ephesii participes videntur fuisse; Ephesum enim copiae convenerant, hinc ad Cyrum profectae sunt [60]), hinc denique totius itineris longitudinem computare solebant [61]). Ac vel naves etiam Cyro Ephesios praebuisse veri haud dissimile est [62]) (401).

Cyro vero ad Cunaxa victo et interfecto, ac Tissapherne, cui omnes, et quas ipse olim et quas Cyrus tenuerat, provinciae rursus traditae erant, omnibus viribus ad bellum se accingente [63]), tantopere crevit, quod effugere co-

57) Paus. VI, 3, 15. 58) Xen. Cyri. Exped. I, 1, 6. 59) Xen. Anabas. I, 1. 60) Xen. II, 2, 6. saep. 61) Xen. ibid. 62) Cf. Anabas. I, 4, 2. 63) *Εὐθὺς ἠξίου τὰς Ἰωνικὰς πόλεις*

nati erant periculum, ut a Spartanis, quippe qui tum Graeciae rectores fuerint [64]), auxilium petere rursus cogerentur Iones (a. 399). Qui statim Thimbronem cum quinque millibus peditum et trecentis, quos Athenienses praestiterunt [65]), equitibus Ephesum miserunt.

Hic quum collectis ex omnibus fere Ioniae civitatibus, quae accepto contra barbaros auxilio quam laetissimae erant, copiis exercitum magnopere auxisset [66]), multas Tissapherni urbes eripuit [67]), neque tamen magnam, quam jam Ephesi parabat expeditionem in Cariam ad finem perducere potuit; malis enim inimicorum dolis imperio privatus Spartamque revocatus est [68]). Dercyllidas autem, post Thimbronem Ephesum missus [69]) (398), icto cum Tissapherne foedere statim communem hostem Pharnabazum, Phrygiae satrapam aggressus est, cui postquam octo fere diebus novem urbes eripuit, totamque Aeolidem ad defectionem instigavit induciis factis in Bithynia hiemavit [70]). Insequenti vere (397) Lampsaci quum versaretur Dercyllidas legati eum adiere, quos de rerum Ionicarum statu quaesituros Ephori in Asiam miserant [71]). Cum hisce igitur Ephesum statim profectus videtur, unde omnes, quae suae ditionis essent, graecas urbes perlustrare eos jussit, ut quam feliciter pace fruerentur ipsi intelligerent [72]).

Ipse autem Chersonesum se contulit, eaque contra Thraces munita, captaque, quam Chii occuparant, urbe Atarneo, ad principalem et suam et exercitus sedem re-

---

ἁπάσας ἑαυτῷ ὑπηκόους εἶναι Xen. Hell. III, 1, 3. 64) *Προστάται πάσης τῆς Ἑλλάδος* Ibid. 65) Ibid. III, 1, 4. 66) *Συνήγαγε μὲν στρατιώτας καὶ ἐκ τῶν ἐν τῇ ἠπείρῳ Ἑλληνίδων πόλεων· πᾶσαι γὰρ τότε αἱ πόλεις ἐπείθοντο, ὅτι Λακεδαιμόνιος ἀνὴρ ἐπιτάττοι.* Ib. §. 5. adjecit et milites, qui cum Cyro quondam profecti, nunc jam reversi erant sub Xenophonte. 67) Xen. III, 1, 6. 7. 68) Postea etiam in exilium missus. Ib. 69) III, 1, 8. 70) Xen. III, 2, 2. 71) Xen. III, 2, 6. 72) Ib. III, 2, 9, *ἔπεμψεν αὐτοὺς ἀπ' Ἐφέσου διὰ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων . . . . . . ἐν εἰρήνῃ εὐδαιμονικῶς διαγούσας.*

versus est, pace hucusque ex utraque parte servata. Sed legati, quum, Spartam reversi, Ephoris narrassent, urbium Graecarum libertatem a solo Tissapherne pendere, eumque, dummodo in Caria urgeretur, sine dubio Graecos in libertatem restiturum esse, hi Dercyllidae, ut in ipsa Caria Tissaphernem aggredetur imperarunt. In quam quum, adjuncto Pharace, intrasset, Tissapherni, qui, ut junctis viribus Ioniam sibi subjicerent, cum Pharnabazo societatem inierat, ad Maeandrum obviam factus est [73]. Tissaphernes, ubi Cyri mercenarios, quorum virtutem jam pridem noverat, adspexit, caeteros Graecos ejusdem animi esse ratus, proelium effugere maluit et Dercyllidae, qui, num liberas Graecorum civitates reddere vellet, ex eo quaesiverat, id se facturum promisit, dummodo Spartani praesidia et harmostas ex urbibus vellent deducere. Dum igitur de foedere sanciendo domum uterque mittit, pax iterum et quies erant [74]). Agesilaus vero, Spartanorum rex, quum Persicam classem contra Graeciam paratam esse ac profectam [75]) audiisset, magna cum classe, ut urbes Graecas liberaret [76]) Ephesum transjecit [77]) (396). Cum hoc igitur Ephesi, ut videtur, Tissaphernes foedus iniit, quo intra tres menses urbes liberas fore promisit, missis simul ad Regem legatis, quos praetextu quidem de foedere sanciendo quaerere jussit, revera autem exercitum arcessere, quo, fracto foedere Graecos incautos adire posset. Agesilaus autem, licet re comperta, quum hostem primus aggredi nollet, quiete Ephesi mausit [78]), parando tamen bello valde intentus. Quum enim magnum contra Persas bellum moliretur, copias non solum ex Ionia sed ex Aeolide quoque et Hellesponto con-

73) Xen. III, 2, 10—17. 74) Ibid. III, 2, 18—20. 75) Plut. Agesilaus c. 6. in. 76) Polyaen. Strateg. II, 18, 9c. 77) Xen. III, 4, 4. 5. 78) Ibid. §. 6. 7. *ἡσυχίαν τε καὶ σχολὴν ἄγων ὁ Ἀγησίλαος διέτριβεν ἐν τῇ Ἐφέσῳ.*

traxit [79]), et Xenophontis, cujus intima amicitia utebatur, militibus magnopere auxit [80]). Quare tantum in nostra urbe commercium ortum videtur, ut splendidissimis urbis temporibus hanc aetatem annumerare possimus [81]). Ne vero exercitui perpetua deësset exercitatio, certamina instituit Agesilaus praemiaque victoribus proposuit, ita ut stadia et hippodromi pugnantibus numquam desererentur [82]). Ac ne Dea quidem neglecta est; multae enim divitiae in templo depositae [83]), certaminum praemia Deae a victoribus dedicata, perpetuae denique pompae in honorem ejus institutae; ita ut nunc tandem urbem Dea dignam visam esse affirmet Xenophon [84]). Quo vero laetior externa urbis species erat, eo tristior internus rerum publicarum status indies factus est; nam neque democratia, qualis antea fuerat, vigebat amplius, neque decarchiae, quas Lysander olim instituerat, intactae erant (cf. supra §. hac, n. 39.) omnia in militari Agesilai imperio posita erant [85]). Accedit quod, quum veteres Lysandri amici hunc, ut decarchias restitueret, adire non desinerent, ita ut ipse rex, Agesilaus autem privatus videretur, tanta inter duces dissensiones ortae sunt, ut Lysander paullo post, regiae auctoritati cedens Chersonnesum sese contulerit [86]). — Anno sic et in parando et in gerendo bello peracto, — Tissaphernem enim, qui foedus primus fregerat, in Caria jam vicit [97]) — Agesilaus proximo vere (395) Persas ad Sardianum superavit; qua

79) Xenoph. Hell. III, 4, 11. 16. 80) Xen. l. l. — Diog. Laert. in Xen. §. 7. φίλος ἦν εἰς ὑπερβολήν. 81) Xen. III, 4. 17. Ἡ τε γὰρ ἀγορὰ ἦν μεστὴ παντοδαπῶν καὶ ἵππων καὶ ὅπλων ὠνίων· οἵ τε χαλκοτύποι καὶ οἱ τέκτονες καὶ οἱ χαλκεῖς καὶ οἱ σκυτοτόμοι καὶ οἱ ζωγράφοι πάντες πολεμικὰ ὅπλα κατεσκεύαζον. 82) Xen. ib. §. 18. cf. §. 19. et Polyaen. in Ag. 83) Cf. Diog. Laert. l. l. §. 8. (cf. c. III, §. 9.). 84) Omnia hisce verbis complectitur πολεμικὰ ἀσκοῖεν, πειθαρχεῖν μελετῷεν, θεοὺς σέβοιντο l. l. 85) Xen. ib. §. 7. 86) Plut. Agesil. 7. 8. — Xen. l. l. §. 7—9. 87) Ib. §. 11—15.

clade accepta, Tithraustes, qui, Tissapherne interfecto, Persarum dux factus erat, libertatem et autonomiam civitatibus Graecis fore promisit, ea conditione, ut hae parva tantummodo tributa solverent, ipse autem Agesilaus domum rediret. Inter ea vero Tithraustes, copiis et pecuniis praebitis Agesilao, ut Pharnabazum aggrederetur persuasit, neque tamen hunc, quae promiserat facturum ratus Spartanis in ipsa Graecia bellum movere conatus est [88]). Quam ob rem Agesilaus e Phrygia, ubi jam versabatur Ephesum redire non potuit [89]). Revocatus enim proximo anno (394) per Macedoniam et Thessaliam in Graeciam reversus est [90]). Harmostarum vero, quos Ephesi et in caeteris Ioniae civitatibus Spartani reliquerant, imperium usque ad id tempus intactum mansit, quo Spartani ad Gnidum victi sunt. Tum enim, ubique Spartanis ejectis, omnes fere urbes et Atheniensium rursus partes secutae sunt et in Pharnabazi, quippe qui libertatem iis promisisset partes transierunt [91]); Atheniensibus victoribus, Cononi inprimis et Timotheo statuis et ab Ephesiis positis [92]) et in aliis quoque civitatibus. Pharnabazus autem, quum Cononis consiliis motus urbes Graecas revera liberasset [93]), Ephesum se contulit [94]) et rebus ibi Ionicis ordinatis, in Phrygiam satrapiam reversus est. — Rursus igitur Ephesus ab Atheniensium, quibus jam ipse Rex favebat [95]), partibus stetit, donec anno 388 Antalcidas Spartanorum nauarchus, Ephesum transjecit [96]), qui, et Regis amicus, et Agesilai olim jam inimicus [97]), maris imperio potitus est [98]) et anno insequenti (387) pacem cum Persis iniit, qua Graecarum in Asia civitatium libertas barbaris rursus prodita est [99]). — Sed et alio

88) Xen. III, 4, 20—26. — III, 5. in. 89) Ibid. III, 4, 29. 90) Ibid. IV, 2, 1—6. VI, 3, 1—4. 91) Ibid. IV, 8, in. Diod. Sic. XIV, 84. 92) Pausan. VI, 3, 16. 93) Xenoph. IV, 8, 3. 94) Ibid. IV, 8, 4. 95) Ib. IV, 8, 26. 27. 96) V, 1, 6. Cf. Plut. Ages. 21. 22. 97) Plut. ib. 23. 98) Xen. V, I, 25—28. 99) Xen. V, 1, 31. — Cf. Aristid. Leuctr. III,

praeterea malo Ephesus circa eaudem aetatem tacta videtur. Gallis enim totam fere Asiam minorem vastantibus Brennus Ephesum quoque venisse traditur eamque, virginis cujusdam proditione adjutus occupasse [100]).

§. 6.

Pars tertia; Ephesi sub Persarum imperio historiam continens inde ab a. 387 usque ad a. 334.

A temporibus igitur pacis Antalcideae usque ad Alexandri Magni ad Granicum victoriam — quinquaginta circiter annos — Ephesus subjecta quidem Persis erat ac stipendiaria; autonomiam tamen libertatisque quantulamcumque speciem eam servasse [1]), inde apparet, quod et peculiarium tyrannorum dominationi parebat et bella cum vicinis regibus videtur gessisse. Mausolus enim, Cariae rex, a Latmiis eo praetextu trecentos milites obtinuit, quod contra Ephesios, quibuscum bellum se gerere dixit, iis indigeret.

Pygelam igitur se proficisci mentitus, incautam Latmiorum urbem uno impetu occupavit; quod bellum nisi revera cum Ephesiis gessisset, cur trecentos milites ei tradiderint Latmii, vix intelligitur. Accedit, quod et Prophyti, Ephesiorum ducis, nomen memoriae traditur [2]).

Quod vero ad tyrannos attinet, certa quidem ante Syrphacem nomina ignoramus; fuisse tamen tyrannos ex Heropythi, urbis liberatoris mentione apparet, cui populus Ephesius grati animi monumentum in ipso foro posuisse affirmatur [3]). In universum autem Ephesios libertatis recu-

p. 682. Dind. (ib. IV, 688.). — Wachsmuth. H. A. I, 2, p. 236. 100) Clitophon ap. Plut. Parall. c. XV.

1) Multo nimius in exprobrandis his temporibus est Wachsmuth. H. A. I, 2. p. 239. 2) Polyaen. Strateg. VII, 23, 2. Ephesiorum dux Prophytus appellatur. 3) Arrian. Exp. Alex. I, 17, 11.

perandae spem numquam prorsus abjecisse multis sane indiciis probari potest. Nam et Philippo, Macedoniae regi, quo tempore Attalum et Parmenionem ad liberandas urbes Graecas in Asiam miserat [4]) statuam in foro posuerunt [5]), et vel ipsum illud consilium ei persuasisse videntur, Dia philosopho hunc in finem in Graeciam misso [6]). Philippo autem mortuo, Delium Ephesium eandem ob causam ad Alexandrum M. missum fuisse audimus [7]). Cf. c. IV, p. I, §. 2, n. I. — Paullo vero post liberatam a Heropytho urbem, summam rerum rursus a tyrannis occupatam videmus, qui usque ad Alexandri M. ad Granicum victoriam imperium tenebant; oligarchiam enim constituerant Syrphax, ejusque filius Pelagon cum fratris filiis; audito vero Alexandri victoriae nuntio, mercenarii, quorum auxilio et oligarchorum et Persarum imperium nixum fuisse videtur, urbem statim reliquerunt [8]). Et revera Alexander, qui quarto jam post pugnam die Ephesum venit, dissoluta oligarchia, democratiam, quae antea erat, restituit liberamque rem publicam reddidit [9]). Tributa autem quae hucusque Persis solverant Ephesii, Deae atque templo solvi jussit [10]), qua de re cf. c. IV, p. II, §: 1, n. 28—32.

4) Diodor. XVI, 91 *προστάξας ἐλευθεροῦν τὰς Ἑλληνίδας πόλεις.* 5) Arrian. l. l. 6) Philostrat. Vitt. Soph. I, 4. cf. c. IV; II, §. 2, n. I. 7) Plut. adv. Colot. p. 1126. D. (Wyttenb. Mor. V, p. 602.) 8) Arrian. I, 17, 9. 9) Huc referendus videtur numus autonomus, si quidem Ephesinus est, Alexandri Magni effigie ornatus et ape symbolo insignitus, quem descripsit Morgenstern Rec. XXX num. n. XX apud Richterum, Wallfahrten nach dem Orient p. 607. 10) Arr. I, 17, 10.

AETAS TERTIA.

Ephesiorum historiam continens usque ad a. 41.

§. 7.

Pars prima; urbis liberae historiam continens inde ab a. 334 usque ad a. 323.

Restituta libertate plebs contra tyrannos saeviebat, atque Syrphacem et qui a partibus ejus steterunt e templo protractos, lapidibus obruerunt. Qua poena ne et reliquos libertatis inimicos afficerent, ut qui Philippi statuam dejecissent et Heropythi monumentum effodissent, aegre saevientes impedivit Alexander [1]). Ut vero Ephesus sic etiam omnes reliquae Graecorum urbes, exceptis Halicarnasso et Mileto, quas quum Persae tenuerint [2]) vi Alexander occupavit [3]), haud invitae victorem receperunt et statim libertate donatae sunt [4]).

Alexander, constitutis rebus publicis, visis, quae visenda erant [5]), et magno — quod et alibi facere solebat [6]) — sacrificio facto pompaque cum toto exercitu armato ducta, urbem postero die reliquit [7]), Lydiae et universae Spithridatis provinciae, ad quam etiam Ionia pertinuit [8]), Asandro, Philotae filio praefecto [9]). Ephesus, ut universa Ionia [10]), Alexandro, etsi multa ei inde orta fuerint incommoda atque pericula, religiose tamen fidem servavit [11]). Autophradates enim, qui quum, Alexandro in media Asia versante, Persarum dux factus esset, Les-

---

1) Arrian. I, 17. fin. 2) Diodor. Sic. XVII, 22—24. 3) Plut. Alexand. c. 17. 4) *Προσεπιλέγων ὅτι τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερώσεως ἕνεκα τὸν πρὸς Πέρσας πόλεμον ἐπανῄρηται* Diod. XVII, 24. — Arr. I, 18. Ac vel ipsa Lydia, Sardibus captis (Diodor. XVII, 21.) libertate donata est. Arrian. I, 17, 4. 5) Phot. (Bekk) p. 146. cod. 190. — Ael. V. H. II, 2. — Cf. c. IV, II, §. 5. 6) Trojae e. g. Diod. XVII, 17, 18. 7) Arr. I, 18, 3. 8) Arr. I, 12, 3. 9) Ib. I, 17, 7. 10) Cf. Arr. II, 25, 4. — VII, 9, 7. 11) Licet Darius *ἅπαντας* jusserit *ὑπακούειν τῷ Με-*

bum et complures alias insulas sibi subjecerat [12]), Halicarnassum tendens Ephesum quoque aggressus est paullo post Alexandri ad Issum victoriam (a. 333). — Urbs vero, et navibus et castris oppugnata, tam egregie ab Ephesiis defensa est, ut, licet permultis eorum ducibus per proditionem captis atque interfectis [13]), Autophradates re irrita Halicarnassum profectus sit [14]).

Externis sic periculis elusis, haud tamen interna rei publicae forma intacta mansit. Hegesias enim, summa rerum, haud sine Philoxeni Ioniae praefecti [15]) auxilio, potitus tyrannidem tamdiu usurpavit, donec ab Anaxagora, Codro et Diodoro, Echeanactis filiis interfectus est et respublica in libertatem pristinamque administrationis formam redintegrata [16]).

Interfectores, invitis Ephesiis vi atque armis erepti sunt et in arce Sardibus diu retenti; unde quum Codrus atque Anaxagoras feliciter evasissent, Diodorus tibiis fractis a Lydis captus et ad Alexandrum qui eum puniret missus est [17]). Hoc autem mortuo (323) Perdiccas Diodorum incolumem in patriam reverti jussit ibique patriis legibus judicari [18]).

§. 8.

Pars secunda; Ephesi sub Alexandri M. successoribus historiam continens inde ab a. 323 usque ad a. 189.

Alexandro mortuo, etsi neque Ephesus neque universa Ionia, libertate, qua ab Alexandro donatae erant,

---

μνοι Diod. XVII, 23. 12) Arr. II, 1, 5. — II, 13, 4—6. Cf. II, 2, 3. 4. 13) Polyaen. VII, 27, 2. 14) Arr. II, 13, 6. 15) Polyaen. VI, 49. Apud Arrianum Asiae et Tauri praefectus est (III, 6, 4). 16) Polyaen. VI, 49. 17) A Lydis eum captum esse recte tradit Polyaenus, Philoxeno jam Babylone, quo exercitum duxerat, versante (Arr. VII, 23, 1. — 24, 1). 18) Fallitur Ill. Droysen, qui Perdiccam fratres illos ab Ephesiis postulasse narrat. Diadoch. p. 215, n. 24.

unquam privarentur [1]), nequaquam tamen nexus quidam, quo a Lydiae praefectis pependerint negari potest. Peculiaris enim provincia esse quum Ionia desiisset, ad Lydiae satrapiam pertinuit, quae quum omnes Spithridatis provincias complecteretur [2]), Ioniam quoque comprehendit [3]). Hanc igitur praefecturam a. 331 obtinuerat Menander [4]) eamque post mortem Alexandri, quo tempore ipse Babylone versatus videtur, servavit. Nec Perdiccas, qui a. 321, quo contra Ptolemaeum bellum paravit, multa immutavit, sua provincia privavit Menandrum [5]), licet Antigoni amicum, quem, ut navibus Ephesi sumtis in Europam transiret suo auxilio adjuverat (a. 332) [6]). Mortuo autem Perdicca (321) [7]) et Antipatro tutore creato [8]) in illa provinciarum divisione, quae Triparadisi facta est, Clitus Lydiam satrapiam obtinuit [9]), Menandro apud Antigonum remanente [10]).

Ille vero, qui totius Asiae imperio ornatus est [11]), jam contra ipsos reges rebellans [12]) Eumene [13]), Alceta, Attalo [14]) victis, Clitum quoque aggressus est, qui urbibus munitis ad reges in Macedoniam confugit, ut et tutores de Antigoni consiliis certiores faceret, et sibi ipsi

1) E contrario saepius postea Graecorum libertas declarata est v. g. in foedere, quod Antigonus iniit cum Lysimacho et Cassandro (a. 311). 2) Arr. I, 17, 7. 3) Ibid. I, 12, 3. — Non obest, quod Philoxenus Ioniae praefectus dicatur apud Polyaen. VI, 49, quo tempore Menander Lydiae satrapiam tenuit (inde ab a. 331. Cf. Arr. III, 6. — VII, 23); hunc enim, majore magistratu fungentem (Asiae enim atque Tauri „strategus" appellatur ap. Arr. III, 6, 4.) sic appellasse videtur Polyaenus, quod eo tempore rebus Ionicis ordinandis occupatus fuerit (ut e. g. Antimacho, Agathoclis f. pro certo quodam tempore Ioniae imperium Alexandrum detulisse scimus. Arr. I, 18, 1). 4) Arr. III, 6. — VII, 23. 5) Cf. Droys. p. 115, n. 26. 6) Droys. p. 111. 7) Diod. XVIII, 36. — Droys. p. 140, n. 57. 8) Diod. ib. c. 39. 9) Diod. XVIII, 52. 10) Plut. Eumen. c. 9. τὸν ἐπὶ τῆς ἀποσκευῆς τῶν πολεμίων Μένανδρον. 11) Diod. ibid. c. 40. 12) Diod. c. 41. 44. 50. 13) Cujus satrapiam Cappadociam occupavit. 14) Diod. c. 44. 50.

auxilium peteret [15]). Celeriter igitur Lydia occupata Ephesum quoque primo impetu cepit [16]), non sine auxilio factionis cujusdam in ipsa urbe [17]); ibique DC talentis potitus est, quae in Macedoniam vecturus Aeschylus Rhodius paullulum in portu substiterat. — Ut Ephesum, sic etiam reliquas urbes aut vi cepit, aut sponte traditas, praesidiis in omnibus relictis, quae ne tum quidem revocavit, quum pacis istius, quae post gravia inter duces bella a. 311 facta est, conditionibus omnes Graecorum urbes in libertatem se restituturum esse promisit [18]).

Ephesum tamdiu tenuit [19]), donec Lysimachus, quem Cassander, Demetrii in Graecia victoriis territus et constantia, qua Antigonus omnes foederis conditiones rejecit [20]), motus ad commune contra hunc bellum excitaverat, in Asiam trajecit [21]). Tum enim urbs a Prepelao, Lysimachi duce, repentina obsidione cincta et a civibus, subito terrore captis, hostibus tradita est [22]). Prepelaus Ephesios liberos quidem esse sivit, navibus tamen, quae in portu erant privavit et pro democratia optimatium imperium instituit [23]). Quo facto et praesidio in urbe relicto [24]) ad novas victorias properavit [25]) (302). Neque

15) Diod. c. 52. 16) *Ἔφεσον ἐξ ἐφόδου παρέλαβε, συνεργησάντων αὐτῷ τινων ἐκ τῆς πόλεως* Diod. XVIII, 52. 17) Quod vix mirandum est; Menander enim, quem ante Clitum praefectum Ephesii habuerant, et jam tum Antigoni amicus erat, et nunc etiam in exercitu ejus stipendia meruit. Quapropter urbem in Antigoni partes sponte abiisse conjicias. Qua vero ratione Droysen p. 215, n. 24. hanc factionem cum caede tyranni Hegesiae conjungere velit, equidem non intelligo. 18) *Ἀντίγονον δὲ ἐφηγεῖσθαι τῆς Ἀσίας πάσης· τοὺς δ᾽ Ἕλληνας αὐτονόμους εἶναι.* Diod. XIX, 105. — Cf. ib. XX, 19. 19) A. 307 v. g. Epheso magna cum classe Athenas profectus est Demetrius Diod. XX, 45. — Huc etiam obsides Rhodiorum misit a. 304. Cf. Diod. XX, 111. 20) Diod. ib. c. 106. 21) Diod. ib. 106. 107. 22) *Τὴν δὲ Ἔφεσον πολιορκήσας καὶ καταπληξάμενος τοὺς ἔνδον, παρέλαβε τὴν πόλιν.* Diod. l. l. — Plut. Demetr. c. 34. 23) Diod. XX, 111. cf. Droys. 531, 29. 24) Cf. Diod. XX, 111, *ὑπὸ Πρεπελάου παρεισαχθεῖσα φρουρά.* 25) Teum cepit, Colophonem, Sardes, all.

tamen diu Ephesum tenuit; Demetrius enim quem Antigonus, undique circumventus e Thessalia revocaverat [26]), icto cum Cassandro foedere, quo Graecorum libertas rursus confirmata est [27]), statim Ephesum trajecit et, castris sub ipsis moenibus positis, urbem cepit, pristinamque administrationem restituit [28]). Hinc Antigono rursus ac Demetrio fida Ephesus mansit, ac vel etiam post pugnam ad Ipsum (301), in qua quum Antigonus plane devictus esset atque interfectus, Demetrius cum ingentis exercitus reliquiis Ephesum statim confugit, ibique libenter exceptus est. Quum vero plerique, ne propter penuriam templi divitias diriperet vehementer timerent, ipse, ne hoc milites facerent, urbem reliquit [29]), Diodoro phrurarcho instituto [30]). Quem postquam, quinquaginta talentis a Lysimacho corruptum, urbem traditurum cognovit, una statim nave, in qua ipse latuit, cum Nicanore Ephesum reversus, Diodorum ad colloquium provocari jussit, eumque, ubi revera ad colloquendum cum Nicanore processit, incautum in mare dejecit [31]). Urbem sic occupatam, ut Athenas, quas solas fidas sibi ratus est, proficisceretur statim reliquit [32]). Sed jam varios Demetrii casus mittamus idque tantum notemus, Ephesum in ditione ejus mansisse, donec, quum ipse in Graecia cum Spartanis bellum gereret, Lysimachus una cum caeteris urbibus ea

---

26) Plut. Demetr. c. 28. 27) *Ἐγέγραπτο — τὰς Ἑλληνίδας πόλεις ἐλευθέρας ὑπάρχειν, οὐ τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα μόνον ἀλλὰ καὶ τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν.* 28) *Ἠνάγκασε τὴν πόλιν εἰς τὴν προϋπάρχουσαν ἀποκαταστῆναι τάξιν* Diod. l. l. — Num vero jam tum Diodorum phrurarchum in urbe reliquerit, non constat. Plane enim hac de re tacet Diodorus, nec quod narrat Polyaenus IV, 7, 4 huc referendum est (quod fecit Droysen l. l.); in Cariam enim hic Demetrium profectum esse addit, quum ad Hellespontum tum temporis eum se contulisse e Diodoro notum sit. 29) Plut. Dem. c. 30. *οἰομένων ἁπάντων ἀποροῦντα αὐτὸν χρημάτων οὐκ ἀφέξεσθαι τοῦ ἱεροῦ, φοβηθεὶς τοὺς στρατιώτας, μὴ τοῦτο ποιήσωσιν, ἀνέστη διὰ ταχέων.* 30) Polyaen. IV, 7, 4. 31) Polyaen. l. l. 32) Plut. Dem. c. 30.

quoque potitus est a. 295 [33]). Qui singulari quadam cura urbem amplexus videtur. Nam et imbribus fere deletam [34]) restauravit novaque sede aedificari jussit (cf. c. IV, II, §. 3.) et hanc urbem, Lebediis atque Colophoniis adjectis magnopere auctam [35]) a conjuge, cui dono eam dedisse videtur [36]), Arsinoëen appellavit [37]). — Attamen valde invisum Lysimachi imperium erat Ephesiis, cujus odii praeter alias complures [38]) ea potissimum causa fuisse videtur, quod democratiam, qua hucusque urbs regebatur [39]), dissolvit ejusque loco senatum ex optimati-

33) Cf. Droysen. p. 551, n. 1. 34) Strab. — Steph. Byz. et Duridis ibi epigramma Eust. sch. ad Dion. Per. 823. — Hanc inundationem hoc tempore factam esse, nec post secundam urbis oppugnationem, quum per se jam valde verisimile sit — tribus annis, quamdiu altera possessio duravit, vix ad opus tam magnum perficiendum sufficientibus — e Pausaniae verbis apparet I, 9, 7 *διέβη δὲ καὶ ναῦσιν ἐπὶ τὴν Ἀσίαν (ὁ Λυσίμαχος) καὶ τὴν τοῦ Ἀντιγόνου ἀρχὴν συγκαθεῖλε, συνῴκισε δὲ καὶ Ἐφεσίων — πόλιν.* 35) Quorum urbes deleverat cf. Paus. l. l. 36) Quod, quum per se veri nequaquam dissimile sit, — paullo enim post (a. 285) Heracleam Ponti Lysimachus uxori dono dedisse traditur — inde potissimum conjeci, quod Arsinoë, mortuo Lysimacho (283) Ephesum tamquam in suam urbem confugerit, quamvis admodum invisum conjugis imperium Ephesiis fuisse, eam haud latere potuerit. 37) Stephan. Byzant. l. l. cujus testimonium multas ob causas Eustathii sententiae praeferendum est, qui a filia Lysimachi nomen urbis deducit (ad Dionys. l. l.). 38) Qualis et nominis, quo summo jure gavisos Ephesios censeo, mutatio est et urbis transpositio. Invitos enim Ephesios ex antiqua sede discessisse vel inde apparet, quod imbrium atque inundationis vim ipse de industria auxisse dicitur Lysimachus (cf. supra n. 34). Nomine autem mutato, quantopere Ephesii offensi fuerint, inde sequitur, quod non diutius, quam Lysimachi imperium duravit nova Arsinoës denominatio. Accedunt denique Arsinoës — si quidem hujus fuerit urbs — crudelitas, qua etiam Heracleae usa dicitur (Memnon ap. Phot. p. 225, a. 30. Droysen. p. 635.) et ipsius Lysimachi mores, multo minus quam Demetrii grati. 39) Etsi sane pristinae Ephesiorum libertatis nonnisi rudera, ac vel sub Antigono etiam et Demetrio, remanserunt, nomen tamen democratiae et plebis, quod ad ipsam urbem administrandam attinet, imperium supererat. Haec vero immutavit

bus delectum instituit, quos *ἐπικλήτους* vocabant [40]). Quae cum ita sint, verisimillimum est, Ephesum ad eas urbes pertinuisse quae, quum Demetrius, Macedoniae regno et occupato [41]) et amisso [42]), in Asiam rursus trajecisset, ad hunc sponte defecerunt [43]); praesertim quum Lysimachus in Europa tum temporis versaretur (a. 287).

Utut vero est, sive sponte ad Demetrium Ephesus defecerit, sive vi capta fuerit, eam in potestate ejus fuisse certe constat. Quum vero, Lydia propter Agathoclis, Lysimachi filii successus relicta, in Phrygiam transiret, Aenetum Ephesi praefectum constituit, qui piratarum auxilio urbem tenuit [44]), donec Lycus Lysimachi dux Mandronis archipiratae proditione adjutus ea potitus est [45]).

Lysimachus recuperatae Ioniae imperium Agathocli filio tradidit, quem quum valde dilexissent Graeci caedes ejus (284) [46]) et odium, quo Ephesios contra Lysimachum inflammatos vidimus, magnopere auxit, et prima videtur causa fuisse, qua jam tum ad Seleucum, quippe qui viduam Agathoclis et infantes benigne excepisset, Ephesiorum animi converti atque *σελευκιζόντων* factiones in urbe

Lysimachus. 40) Strab. XIV, l. l. l. *ἐπικλητῶν* tamquam instituti jam jam praeteriti mentionem facit; quod recte jam agnovit Tittmann Staatsverf. (cf. §. 10.). Lysimachum autem, licet nusquam diserte hoc traditum sit, *ἐπικλητοὺς* instituisse veri quam simillimum est. Cf. Droysen p. 609. 41) Plut. Demetr. c. 37. — Iustin. XVI, 1. — Droysen. p. 294 ss. 42) Plut. Dem. c. 45. — Id. Pyrrh. c. 11. — (Clint. fast. hell. III, 307. ap. Droys. l. l. 43) *Λυσιμάχου Καρίαν καὶ Λυδίαν ἀποστήσων .... ἐπὶ τὰς πόλεις τρέπεται πολλῶν μὲν ἑκουσίως προστιθεμένων, πολλὰς δὲ καὶ βιαζόμενος* Plut. Dem. c. 46. 44) Polyaen. Strat. IV, 17. 45) Polyaen. l. l. — Frontin. Strateg. III, 3, 7. Lysimachus — quum Ephesios oppugnaret et illi in auxilio haberent Mandronem archipiratam — corrupto ei ad proditionem junxit fortissimos Macedonum, quos ille restrictis manibus pro captivis Ephesum introduceret cett. — Aliud stratagema, in nescio qua Ephesi oppugnatione usurpatum narratur ap. Aeneam Tacticum XXXI, p. 22. ed. Casaub. 46) Memnon ap. Phot. l. l. ap. Droys.

ortae fuerint [47]). Quapropter, Lysimachi morte atque Seleuci victoria (a. 281) cognitis [48]), Ephesii invisa, quibus Lysimachus urbem circumdederat moenia diruerunt, portas aperuerunt, inque tantum populi furor processit, ut Arsinoë, quae interfecto marito huc se contulerat, mortem vix effugere potuisset [49]). — Seleuco, cui ad vitae finem usque fidi manserunt Ephesii, mortuo (280), filium Antiochum statim bello aggressi sunt Nicomedes Bithyniae rex et Ptolemaeus Philadelphus, qui propter arctissima, quae inter se et Lysimachum intercesserant sanguinis vincula [50]) istius regni partem aliquam, tamquam ex hereditate sibi debitam ratus, multas maritimas Lydiae et Cariae urbes occupavit, inter quas quanti Ephesum aestimaverit, vel inde cognosci potest, quod filium Ptolemaeum praefectum ibi instituit [51]). Bellum autem illud haud antea finitum est, quam, Antiocho mortuo (261), filius ejus Antiochus Deus pacem cum Ptolemaeo iniit eamque nuptiis cum filia ejus Berenice sanxit; quo matrimonio Ephesum tamquam dotem accepisse videtur. In hac enim urbe quum versaretur, Laodiceae repudiatae uxoris insidiis interfectus est [52]).

Per tempora, quae sequuntur Ephesus et caeterae Graecorum in Asia civitates ad Syriam quidem pertinebant, quum vero Reges semper bellis alibi distinerentur [53]) tantam paullatim libertatem assecutae sunt, quibus Antiochum Magnus non aliter nisi vi atque bello potiri pos-

47) Polyaen. VIII, 57. — Cf. VI, 12. 48) Pugna ad Corupedion in Phrygia commissa est. 49) Polyaen. VIII, 57. — Servam regio amictu ornatam pro regina interfecit Ephesiorum dux Menecrates. 50) Primum enim Lysimachi filiam duxerat, eaque repudiata viduam ejusdem, suam sororem germanam. 51) Nothus fuisse videtur ille Ptolemaeus ὁ τὴν ἐν Ἐφέσῳ διέπων φρουράν. Athen. XIII, 563 B. 52) Athen. ib. 593 C, qua occasione Sophron memoratur ὁ ἐπὶ τῆς Ἐφέσου; cui et ipsi insidiatur Laodicea. 53) Seleucus Callinicus cum Ptolemaeo Euergeta et Parthis, cum Attalo Seleucus Ceraunus bella gesserunt.

set [54]); quo superatas et a majoribus stipendiarias ac vectigales in antiquum jus repetiit [55]). Et caeteris quidem urbibus metu deditis [56]), sola fere Ephesus restitit. Quam quum maximi aestimaret, quod adversus Ioniam arcis situm obtineret, contra Europam autem propugnaculum Asiae regibus semper esset [57]), obsidione cinxit [58]) et nonnisi malis dolis adhibitis, occupavit [59]). Captam autem deinde et ipsius regis, qui regiam quoque ibi habebat, et totius quod cum Romanis gessit belli praecipuam sedem fuisse invenimus. — Anni 196 hieme Ephesi transacta [60]), insequenti vere (195) Hellespontum rex profectus est, unde tamen Madyte et Lysimachia captis [61]) et consiliis cum L. Cornelio frustra habitis, Ephesum reversus [62]) Hannibalem, qui asylum ibi petierat maxima liberalitate excepit [63]).

Quae quum singulis fere annis redeant [64]), ad annum 191 transeamus, breviter tantum adjecto, anno 193 legatos Romanorum, inter quos Scipio Africanus erat, Ephesum venisse ibique diu cum Hannibale versatos

54) Appian. Bell. Syriac. c. 15. 55) Haec tamquam Antiochi, qui jam Asiae regem se professus erat, exhibet Livius XXXV, 14. 56) *Οἱ μὲν πλέονες αὐτῷ προσετίθεντο καὶ φρουρὰς εἰσεδέχοντο δέει τῆς δυνάμεως* App. Syr. c. 6. 57) Polyb. XVIII, 32, 1. 58) Hieronymus Comm. ad Daniel. prophet. c. 11. ap. Polybii interpr. 59) Frontin. Strateg. III, 9, 10. (Oudend.) Antiochus adversus Ephesios, Rhodiis, quos in auxilio habebat, praecepit, ut nocte portum cum magno strepitu invaderent. Ad quam partem omni multitudine cum tumultu decurrente, nudatis defensore reliquis munitionibus ipse ex adverso aggressus civitatem cepit. 60) Liv. XXXIII, 38. 61) Liv. l. l. c. 39. 62) Liv. l. l. c. 41. 63) *Καὶ αὐτῷ κατὰ Ἔφεσον Ἀννίβας ὁ Καρχηδόνιος συμβάλλει ..... ὁ Ἀντίοχος ὑπεδέχετο λαμπρῶς καὶ εἶχεν ἀμφ᾽ αὐτὸν* Appian. c. 6. — Liv. XXXIII, 40. (Cf. c. IV, I, §. 2, n. I). 64) A. 193 nonnullis Thraciae oppidis captis Ephesum redit. Item nuptiis cum Ptolemaei filia Raphiae celebratis Liv. XXXV, 13. — A. 192 post gestum in Pisidia bellum (Liv. l. l. — App. c. 9.). — A. 191 e Chalcide Liv. XXXVI, 21. — App. c. 20. A. 190. Polyaen. XXI, 9. 10. — Liv. XXXVII, 26.

fuisse [65]), eodemque anno regem, spretis Romanorum conditionibus, quibus libertatem Graecis restituere jussus est [66]), instigante Hannibale belli consilium cepisse [67]). — Anno igitur 191, licet rebus male in Europa gestis, fidam adhuc, quo se contulerat, Ephesum invenit [68]). Ibi aliquamdiu quiete commoratus [69]) mox navales terrestresque copias parare coepit [70]).

Quum vero paullo post Chersonnesum se conferret, Polyxenidam, classe et navibus speculatoriis traditis, Ephesi praefectum reliquit [71]). Quo ad Corycum promontorium victo [72]), Romani, quibus Pausistratus Rhodius 25 navium classem praestiterat [73]), hostem Ephesum usque persecuti ante portus ostium acie instructa steterunt [74]). Quae obsidio ne tum quidem sublata est, quum Livius, Pausistrato duce Sami relicto [75]), Hellespontum se contulit. — Huic Polyxenidas, qui et ipse Rhodius erat et Pausistrato infensus, per deditionis simulationem regiam se classem traditurum promisit, subducturum se quasdam naves tamquam reficiendi causa, alias dimissas, paucas ante portum Ephesi in sale habiturum [76]). Pausistrato hisce promissis decepto, Polyxenidas ante lucem Pygela portum tenuit, unde noctu in proxima terrae Samiae trajecit, Nicandro archipirata a tergo Pausistratum aggrediente, qui quum e portu erumperet ipse interfectus et Romanis devictis, classis praeter septem naves capta et in portum Ephesinum ducta est [77]).

---

65) Liv. XXXV, 14. — App. l. l. 66) Ionibus sane et Aeolensibus libertatem se concessurum negaverat App. c. 12. — Liv. XXXV, 17. 67) Liv. l. l. c. 19. 68) Liv. XXXVI, 21. — App. c. 20. 69) „Securus admodum (Ephesi) erat, tamquam non transituris Romanis" Liv. l. l. c. 41. 70) Liv. ib. c. 42. 71) Liv. ib. 72) Liv. l. l. c. 45. — App. c. 22. — Huc quoque referendus videtur locus Flori: „Ephesiis Salamina superavimus" II, 8, 13. Cf. interpr. Quibus verbis major Ephesiorum quam Romanorum laus continetur. 73) Pausimachus Appiano est c. 24. et saepius. 74) Liv. l. l. c. 45. 75) App. c. 24. 76) Liv. XXXVII, 10. ss. — App. c. 24. ss. 77) App. c. 24.

Quam cladem ut ulciscerentur Romani saepius Ephesum, Polyxenidae classe semper munitam, oppugnaverunt [78]); primum sub Livio mari atque terra urbem cinxerunt, sed, terrestribus copiis et a Nicandro pirata [79]) et a praefecto urbis Andronico Macedone praeda exutis et ad naves redactis [80]), Samum solverunt. Deinde ipse Aemilius urbem oppugnavit; ventis tamen infaustis superatus et ipse re irrita Samum reversus est [81]).

Eodem quoque anno Antiochus Ephesum reversus [82]) classi, quae jam menses aliquot in portu jacebat [83]), ornandae belloque parando maximo studio incubuit. Cujus belli casibus jam missis, id tamen monendum videtur, numquam Ephesum a Romanis captam esse [84]) ante magnam Regis ad Magnesiam cladem [85]). Tum vero Ephesii, urbe a Polyxenida relicta [86]), legatos ad consulem miserunt, qui urbem traderent [87]). Quo facto exercitus Romani pars Ephesi cum ipso consule hiemem transegit [88]), et Regis et civitatium legatis undique huc convenientibus [89]).

Hisce legatis Romae auditis factum est notum illud Senatus consultum, quo omnes civitates, quae vectigales Antiochi fuissent, eae ut liberae atque immunes essent decretum est [90]), exceptis tamen nonnullis Lydiae atque Ioniae urbibus, quae Eumeni, perpetuo Romanorum in bello modo peracto contra Antiochum socio, Regi Pergameno addictae sunt [91]); inter quas Ephesum diserte

---

78) Liv. XXXVII, 13. 79) Appian. c. 25. Liv. l. l. c. 11. 80) Liv. l. l. c. 11. — Cf. App. 25. 81) Liv. l. l. c. 17. 82) Polyb. XXI, 9, 10 (postquam a spe societatis cum Prusia ineundae decidit.) Liv. c. 26. 83) Liv. l. l. 84) Rege ad Myonnesum victo (Liv. c. 29.) Regillus Aemilius Ephesum profectus, urbem haud aggressus est, sed directis ante portum navibus, quum confessionem concessi maris ultimam hosti expressisset, Chium navigavit (Liv. c. 30). 85) Liv. c. 39—44 cett. 86) Liv. l. l. c. 45. 87) Ut Sardiani, Tralliani, Magnetes. 88) Liv. 45. 89) Liv. ibid. extr. 90) Liv. ib. c. 55. 91) Liv. ib. c. 56.

recenset Polybius [92]). Quamvis igitur Pergamenae jam ditioni Ephesus subjecta esset, classis tamen atque exercitus Romanorum, donec res plane compositae sunt, in urbe manserunt (a. 189.)

§. 9.

Pars tertia; Ephesiorum sub regibus Pergamenis historiam continens usque ad annum 41, quo perpetuae Romanorum dominationi subjecti sunt.

Ex temporibus Pergamenae ditionis pauca tantum Ephesiorum historiae vestigia exstant. Demonstrant tamen hanc urbem semper caput Ioniae mansisse. Sic enim, quum, Antiocho V interfecto, Demetrio Soteri qui a. 164 regnum ejus susceperat, a regibus Pergami, Attalo II (159—138) et Aegypti Alexander Bala, simulatus Antiochi Epiphanis filius, opponeretur, Ephesi, ut antea solitum erat, bellum ab Heraclide summo studio parabatur [1]) (a. 154). In universum tamen reges multa suo arbitrio contra Ephesios egisse videntur, ut v. g. reditus lacuum Selenusiorum, Deae sacros (cf. c. III, §. 3. §. 9.) sibi arrogasse narrantur, in qua possessione quum postea etiam publicani Romani persisterent, Artemidorus Ephesius (cf. c. IV, I, §. 2.) Romam missus, ut Deae redderentur a Senatu impetravit [2]). — Sed Attalus II prae caeteris videtur Ephesum dilexisse, quippe qui portum terrae alluvie corruptum magnis molibus restauraverit; quod quam male successerit a Strabone memoratur [3]). Cf. c. I, §. 3, n. 43 ss. Hujus autem successor Attalus Philometor (III) Eumenis filius, quum notissimo testamento totum regnum Romanis tamquam haeredibus tradidisset [4]),

92) Polyb. XXI, 27, 10.

1) Polyb. XXXIII, 16, 15. 2) Strab. XIV, p. 642. 3) Ib. p. 641. 4) Plut. Tib. Gracch. c. 14. — App. B. Mithr. c.

una cum caeteris Graecorum urbibus Ephesus quoque in Romanorum ditionem venit (133). Notandum tamen est Ephesios propter notum libertatis studium aliquoties contra Romanorum imperium rebellasse. Primum enim, spreto testamento, non statim Romanis paruerunt, sed ab Aristonici, qui regnum suum contra Romanos tueri conatus est, partibus steterunt [5]. — Deinde, quum Mithridates Phrygia, Mysia Asiaque subjecta [6] (a. 88) Ioniam usque processisset, Ephesii prae caeteris eum summo cum gaudio exceperunt [7]; non metu, sed propter summum Romanorum odium [8], quo moti et statuas in urbe Romanorum dejecerunt [9] et ipsos Romanos, qui Ephesi versabantur, uno die trucidarunt, ne iis quidem parcentes, qui in templum confugerant [10]. Sed et ipsius Mithridatis imperio mox spreto, praesidio, quo ille urbem muniverat, offensi [11], Zenobium Mithridatis ducem in urbem quidem receperunt, noctu tamen in carcerem injectum morte affecerunt [12].

Tum concitata multitudine, moenibus agrisque occupatis sui rursus juris facti sunt Ephesii, quod exemplum quum Tralliani, Hypaepeni aliique nonnulli secuti essent, Mithridates, misso exercitu, in deficientes multis modis saeviebat [13]). Pace denique inter Mithridatem et Romanos constituta, Sulla Ephesum venit ibique magno conventu habito, caedibus quidem abstinuit, ingenti tamen pecunia cum omnes, qui a Mithridatis partibus steterant,

---

62. — B. Civile V, 4. — Florus III, 12, 3. 7. — Liv. Ep. 59. — Vellej. Paterc. II, 4. 5) App. B. Mithr. c. 62. Cf. Strab. XIV, 646. 6) App. l. l. c. 24. — Liv. Epit. 78. 7) App. Ib. c. 23. 8) *Οὐ φόβῳ Μιθριδάτου μᾶλλον, ἢ μίσει Ῥωμαίων.* **App. B. Mithr. c. 23. 9)** *Ἐφεσίων δὲ καὶ Ῥωμαίων εἰκόνας τὰς παρά σφισι καθαιρούντων* **ib. c. 22. cf. c. 61:** *καππαδοκίσαντες .... Ἐφέσιοι ..... ἐς τὰ Ῥωμαίων ἀναθήματα ἐξυβρίσαντες.* **10) App. l. l. c. 23. — Orosius VI, 2, p. 370 (ed. Haverkamp). — Cf. Liv. Epit. l. 78. — Florus III, 5 et quos laudat Haverkamp ad l. l. 11) App. l. l. c. (46) 48. 12) Aliter Orosius l. l. p. 371. — Ephesii .... excluso praesidio ejus portas objecerunt, similiter Smyrnaei, Sardi, Colophonii Trallianique fecerunt. 13) App. c. 48.**

multavit, tum maxima severitate in Ephesios animadvertit [14]).

Tertium contra Romanos in bellis civilibus Ephesii rebellarunt. Brutum enim et Cassium, liberatores fore rati, et pecunia sublevarunt [15]) et summo cum studio partes eorum amplexi sunt [16]) (41). Quibus victis (42) Antonius Ephesum venit (a. 41) [17]) ibique magno sacrificio Deae instituto [18]) et Ephesios, et, qui Ephesum convenerant, Graecos Asiam incolentes magna pecuniae summa multavit.

Hinc perpetuo Romanorum imperio Ephesus subdita est, quare, quum jam nulla amplius de rebus gestis Ephesiorum disserendi materies supersit, neque aut nomina tantum eorum, qui Ephesum quondam visitarint, aut loca omnia, quibus simplex Ephesiorum mentio fiat, referre velim, huic, quae de rebus gestis Ephesiorum est, dissertationis parti finem jam imponendum censeo. In universum tantum id monendum videtur, Ephesum, quae propter eximiam commercii facultatem, et maritimi, cui portus favebat quam aptissimus (cf. c. I, §. 3, n. 40 ss.), et terrestris, cui urbis situs ad ostium vallis Caystrianae et inter planities Hermi et Maeandri (cf. c. I, §. 1, p. 2.), primum jam omnium rerum venalium emporium inter Europam et Asiam facta erat [19]), accedente praeter soli fertilitatem (cf. c. I, §. 6.) et multifaria opificia ibi culta [20]) ingenti rerum sacrarum splendore, templi (cf. c. IV, p. II, §. 1. extr.) et festorum inprimis celebritate (cf. c. III, §. 11), mox universae provinciae caput sive metropolin factam esse; quod praeter primum appulsum [21]) multa

14) *Ἐκολάζοντο πικρῶς καὶ μάλιστα αὐτῶν Ἐφέσιοι* App. l. l. c. 61. 62. 63. — Liv. Epit. l. 83. Pompejus a. 60 Ephesi res Asiae ordinavit. — Cf. Caes. B. C. III, 32. 15) App. B. Civil. V, 4. 16) Cf. narrationem Appiani B. Civ. III, 26. 17) App. l. l. V, 4. 18) App. l. l. V, 5. 6. cf. 9. 19) Strab. p. 540. 577. 642. 20) Tincturam e. g. cf. c. IV, p. II, §. 5, in.; unguentorum fabricationem Athen. XV, p. 688. cf. c. I, §. 6, n. 11. 21)

alia comprobant argumenta, quae vide c. III, §. 10, extr. §. 11, n. 21. 22.

Ut e commercio et terrae cultura, ita quoque e perpetua fere peregrinorum, qui vel ad festa celebranda (cf. c. III, §. 11, n. 17), vel quod ad conventum juridicum Ephesinum pertinuerint [22]), huc convenerunt, frequentia et e peculiari isto instituto, quo tantae pecuniae in templo apud sacerdotes deponebantur (cf. c. III, §. 9, n. 55—59) ingentes divitiae urbi videntur rediisse [23]). — Unde et summa circa vestimenta luxuries, quae a veteribus fuse describebatur [24]), orta est, et, ut magna morum dissolutio [25]), ita quoque certa quaedam ingenii calliditas atque astutia fortasse derivanda videtur, quam lucro fere semper intenti assumserunt, quaque celebres quondam Ephesios fuisse Lamiae meretricis proverbio denotatum est: *οἱ ἐκ τῆς Ἑλλάδος λέοντες ἐν Ἐφέσῳ γεγόνασιν ἀλώπεκες* [26]).

Altera vero ex parte multa inde commoda urbi oriebantur. Omnigenae enim artes summa liberalitate ab Ephesiis fovebantur; architectura, quam in ruinis quoque admiramus, summopere Ephesi floruit (cf. c. IV, p. II, §. 1—3) et privatorum quoque subsidio adjuvabatur (cf. c. III, §. 10, n. 22. c. IV, p. I, §. 2, n. 39. ib. p. II, §. 1, n. 47); pictura multo jam ante ea tempora de qui-

---

Lege constitutum erat, ut Proconsul in provinciam profectus, inter omnes urbes Ephesum primam adiret. Ulpian. L. I. Digg. Tit. XVI, l. 4, §. 5. de offic. Proconsul. 22) Plin. V, 31, extr. Ephesum vero, alterum lumen Asiae, remotiores conveniunt Caesarienses Metropolitae, Cilbiani inferiores et superiores, Mysomacedones, Mastaurenses, Briullitae, Hypaepeni, Diosbieritae. 23) Cf. praeter multos Caes. Bell. Civ. III, 32. 24) Demetrius Ephesius ap. Athen. XII, p. 525 A—D. 25) Plut. Parall. XXIX ex Arist. Parad. — Cf. proverbium anglicum ap. Shaksp. Henr. IV, p. II, act. II, sc. 2. ibique Iohns. — Proverbium hispanicum ap. Schott. Diogenian. IV, 78. Prov. Sacr. p. 129. 26) Aelian. V. H. XIII, 9. Cf. Meurs. Misc. Lacon. III, 2. Muell. Dor. II, p. 409, n. 3.

bus nunc dicimus, summum florem assecuta erat (cf. c. IV, p. II, §. 5); statuaria sub Romanorum quoque imperio floruit (ib. §. 4); rem numariam summopere ex cultam ac perfectam prope fuisse numi superstites docent quam plurimi (ib. §. 6). Sed quid de literis dicemus? Quum enim omnium scientiarum magni auctores antea jam exstitissent quam frequentissimi (cf. c. IV, p. I, §. 1. 2), vel sub ipsis Imperatoribus et rhetorum disciplinam Ephesi floruisse scimus (ib. §. 3, n. II) et medicinae scholam ibi ortam esse, quae optimis ejus scientiae sectis annumeranda est (ib. §. 2, n. VI).

Quod vero ad reipublicae administrationem attinet, eaedem democratiae formae, quae antiquitus Ephesi viguerant, vel sub ipsis Imperatoribus manebant; nomine potius, quam re ipsa servato. Cf. §. 10 pass.

Talis urbis status mansit, donec urbs una cum templo per Gothos diruta est a. 262 [27]). Ac vel post ipsam ruinam mox restituta magnam dignitatem Ephesus servavit per tempora Imperii Byzantini, donec saeculo XIV ineunte a Turcis capta est [28]), atque haud procul a dirutae urbis loco Ajasluk oppidum a Turcicis Cariae ducibus conditum, quod et ipsum saeculi XV initio a Timure captum est et funditus fere deletum. — Per quod tempus fata sane urbs habuit, historiam vero non habuit; quare totam istam aetatem accuratius describere supersedemus et ad veterum Ephesiorum res publicas et sacras, literas et artes describendas accedimus.

§. 10.

De Ephesiorum reipublicae forma atque administratione.

Regum primum imperio ab ipso populo (cf. §. 2, n. 33—36), optimatium eorumque, qui regii generis

27) Locella praef. ad Xen. Ephes. n. 16. 17. — Cf. c. IV, p. II, §. 1, n. 50 s. 28) Ricaut hist. d. l'égl. ap. Dallaway Trav. p. 218. not.

erant, potentia a Pythagora fractis (cf. §. 3, n. 29), mera fere democratia Ephesi constituta est [1]), quae, aliquoties tantum aut tyrannorum (cf. §. 3, n. 29—33. §. 4, n. 12. 13. §. 6, n. 3. 8. §. 7, n. 15 ss.), aut optimatium imperio (cf. § 5, n. 37—39) turbata, ad recentissima usque Imperatorum Romanorum tempora obtinuit. Quod in universum praeter ea, quae infra afferenda sunt, comprobare mihi videntur instituta plane democratica, qualis et aesymnetia est (cf. §. 3, n. 40—43) et ostracismus [2]); accedente denique diserta apud veteres democratiae Ephesiorum mentione [3]). Neque tamen, etsi honores, quos Androcli posteris concessos scimus, his numquam prorsus erepti sunt [4]), tanta inter nobiles et plebem discordia erat, quantam descripsit Ill. Kortüm [5]). — In reliquis autem ita agemus, ut, collectis, quae de reipublicae Ephesiorum forma atque administratione cognoverimus, de magistratibus primum dicamus, tum de senatu et ecclesia, postremo de judiciis.

MAGISTRATUS.

Primi Archontes Ephesi, sicuti Athenis [6]) aliisque civitatibus [7]), reges dicti sunt et e regio quoque

1) De democratia apud Iones in universum usitata cf. Herod. IV, 137. VI, 43. 2) Ephesiis lex vetusta erat Ἡμέων μηδεὶς ὀνήϊστος ἔστω, εἰ δὲ μή, ἄλλῃ τε καὶ μετ' ἄλλων, quam secuti Hermodorum, quippe qui ὀνήϊστος videretur, in exilium misisse narrantur. Cf. c. IV, II, §. 1, n. 24. Hoc autem in exilio ne ostracismum agnoscamus nihil impedit; quare Ephesum adjiciendam censeo ap. Schoemann. de Comm. p. 248. 3) Xenoph. Hellen. III, 4, 7. 4) Apollon. Tyan. Ep. ad Ephesios LXV pag. 404 (Philostr. ed. Olear.) ἔθος ὑμῖν ἅπαν ἁγιστείας, ἔθος δὲ βασιλικῆς τιμῆς. — Achill. Tat. p. 606. 5) Gr. Staatsv. p. 107: „Diese Mischung oligarchischer Elemente unterhielt den Parteigeist ohne der Verfassung bestimmte Ausbildung zu geben“ et paullo infra „Also zerarbeitete sich Ephesos im Kampfe zwischen Volk und Adel — —“. 6) Sic βασιλεῦσαι dicuntur ap. Paus. I, 3, 3. Cf. quos laudat Hermann Antt. Gr. §. 103, 2. p. 227. 7) Scepsi v. g. Herm. l. l.

genere sumti [8]), pristinae potentiae nihil retinentes, nisi sacrorum quorundam administrationem, Cereris Eleusiniae potissimum [9]), quae sacra etiam Athenis ad archontem regem pertinuisse notum est. Quorum imperium quum a Pythagora fractum esset, archontes, etsi nihil prorsus certi nobis traditum sit, ex universo populo sumti videntur, eorumque nomina in frequentibus Ephesiorum numis autonomis repperisse mihi visus sum [10]). Erant enim eponymi, quod ex solita formula *ἐπὶ ἄρχοντος τ. δ.* apparet in inscriptione Ephesina Alexandro M. non multo recentiori [11]). Inveniuntur porro archontes Ephesii apud Josephum [12]), Achillem Tatium [13]) et in numis [14]). — Pro archonte eponymo archisceptuchum accipio [15]), quod nomen ad prytanes postea relatum videtur, qui recentiori aetate pro archontibus eponymi facti sunt [16]). Summum autem archontum Ephesiorum munus, ut Atheniensium, judiciorum proëdria erat [17]).

Strategi in numis inveniuntur [18]) et apud Tatium, ubi summis reipublicae magistratibus annumerantur [19]). Nam, ut strategi Atheniensium [20]), civilibus quoque mu-

---

8) Basiiidae Ephesi dicti sunt cf. §. 3, n. 29. — Ebert. dissert. Siculiae p. 97. — Eorum imperium diserte *ἀρχὴ* a Batone dicitur ap. Suid. v. *Πυθαγόρας*, — quod de perpetuis archontibus intelligendum esse facile apparet. 9) Strab. XIV, 633. 10) 160 ad 170 fere nomina e Mionnetio, Sestinio, Eckhelio computavi. 11) Boeckh. C. I. n. 2953, b. v. 1. 12) Antt. Judd. XIV, 10, 12 (ed. Oberth.) *Ἐφεσίων βουλῇ καὶ ἄρχουσι καὶ δήμῳ χαίρειν.* — XVI, 6, 4. 7. 13) Erott. VIII, 15 p. 714 (ed. Boden.). 14) Vaillant Num. Imp. p. 3. apud Tittmannum l. infra l. 15) C. I. n. 2987 extr. *ἐπὶ ἀρχισκηπτούχου Ἑρμίππου.* 16) Boeckh. ad l. l. archisceptuchum primum prytanin censuit. Cf. infra in Senatu. 17) Ach. Tat. VIII, 15, p. 714. — Id. p. 608. 18) Eckhel. D. N. II, p. 519. Alios laudat Tittmann Gr. Staatsvf. p. 421. 19) VIII, 9, p. 688 *κλεῖσον οὖν τὰ δικαστήρια, κάθελε τὰ βουλευτήρια, ἔκβαλε τοὺς στρατηγούς.* Ibid. . . . . . *δῆμος, βουλὴ, πρόεδρος, στρατηγός.* 20) Cf. Schoem. d. Comm. p. 313. 314.

neribus fungebantur, qualis ecclesiae cura erat atque inspectio [21]).

Scribas populi Ephesii [22]) ad magistratus sive *ἀρχὰς* pertinuisse e scribarum Atheniensium comparatione colligi potest [23]). Magna sane eorum apud Ephesios auctoritas erat [24]), muneraque eadem fuisse videntur, quae scribarum Atheniensium [25]). Aderant praeterea, si qua pecunia publica in templo deponebatur aut ex eo desumebatur [26]), et litteras ad populum missas ipsi recipiebant [27]). Ac vel etiam numi scribarum nominibus insigniti reperiuntur [28]).

Scribas senatus nusquam repperi; quare unum eundemque utroque munere functum fuisse aliquis conjecerit, ut Trallibus factum esse ex inscriptione Tralliana apparet [29]).

Redituum et thesauri publici curam habebant Tamiae [30]); fori rerumque venalium Prometrae [31]), quos cum prometretis Atheniensium comparare licet [32]).

Novimus praeterea magistratus militares, Chiliar-

---

21) Joseph. Antt. Jud. XIV, 10, 25. *Νικάνωρ Εὐφήμου εἶπεν (ἐν τῷ δήμῳ) εἰσηγησαμένων τῶν στρατηγῶν.* Van Dalen Diss. d. Antt. V. 22) Promiscue *γραμματεῖς τοῦ δήμου* dicuntur (C. I. n. 2966—2975 *γρ. τ. δ. τὸ β'*) et *γραμματεῖς τῆς πόλεως* (C. I. n. 2953, b. v. 1. 5. 10 saep. — 2963 v. 4). 23) Herm. l. l. §. 127, 18 p. 281. 284. 24) Cf. Acta Apost. XIX v. 35. Cf. Van Dalen V, p. 425. — Tittmann p. 431. 25) *Ὁδὲ ὑπὸ τοῦ δήμου αἱρεθεὶς γραμματεὺς ἀναγίγνωσκει τῷ τε δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ.* Pollux. Onom. VIII, 98. 26) C. I. n. 2953, b. passim. 27) Epistola Apollonii ad Ephesios (n. XXXII, p. 393. Ol.) inscripta est *Ἐφεσίων γραμματεῦσι.* 28) Mionn. III, n. 244. 247. 251. — Suppl. VI, 307—309. 313—315. 29) Haec enim inscriptio (ap. Leakium Asia Min. p. 340) unum eundemque et populi et senatus scribam exhibet. 30) C. I. n. 2958. De Atheniensium tamiis Pollux VIII, 97. *ταμίαι τῆς θεοῦ κληρωτοὶ μὲν ἐκ πεντακοσιομεδίμνων ἦσαν· τὰ δὲ χρήματα παρελάμβανον τῆς βουλῆς παρούσης.* Ita quoque apud Ephesios constitutum erat. Cf. inscr. supra laud. — Schoem. pag. 315—317. 31) C. I. n. 3028 *οἱ ἐν Ἐφέσῳ προμέτραι.* 32)

chos [33]), carcerum praefectum cum lictoribus [34]), et, quorum munus in morum censura atque palaestrarum cura versabatur Gymnasiarchos [35]) et Xystarchos [36]).

Logistae Ephesiis, ut Atheniensibus [37]) ab Imperatoribus Romanis dabantur [38]), quare urbis magistratibus vix annumerandi sunt. — De Asiarchis, quippe qui, licet „Ephesiorum“ appellati, nequaquam tamen peculiares hujus urbis magistratus fuerint [39]), eo lubentius dicere supersedeo, quo plures de iis jamdudum exposuerunt [40]).

SENATUS.

Senatus e quinque phylis statim post Androcli mortem lectus videtur (cf. §. 2, n. 24. 36) [41]) ejusque mentionem usque ad recentissima Imperatorum tempora per-

---

Boeckh Staatsh. I, p. 257. 33) *Ἀπὸ χειλιάρχων* (uti scribit Boeckhius pro *χειλιαρχίων*) C. I. n. 2997 v. 7. 34) *Ὁ τῶν δεσμῶν ἄρχων* Ach. Tatius VII, 1 p. 568. — *Δήμιοι* ib. VII, 11 p. 602. 35) C. I. n. 2986 v. 3 *πρύτανιν καὶ γυμνασίαρχον*. — Van Dalen diss. VIII, p. 584—601. 36) C. I. n. 2999 v. 5. — Van Dal. l. l. p. 630. 37) Cf. Herm. §. 154, 8 p. 347. — Hos ne cum vetustis Atheniensium logistis confundas vix monendum est. 38) C. I. n. 2987 v. 6. — 2977. 39) Boeckh ad C. I. n. 2990. — Eckhel IV, p. 210. 40) Van Dalen d. III, c. 3 p. 278 ss. — St. Croix Etabl. p. 228. Spanh. in diss. saep. — Collect. histor. de vita Aristid. p. XCIII (ed. Dindorf). 41) Tittmann p. 429 contra Hegewisch (Col. d. Gr. p. 19) et, qui hunc secutus est Kortüm p. 106. Hi enim nullo jure e familiis optimatium senatum compositum fuisse asserunt. Diserte enim optimatium — i. e. qui e familia (quondam) regia orti fuerint — privilegiis enarratis, mirum foret, summum illud, quo soli senatus participes fuissent, non una enumeratum esse. — E contrario propter eximia de re publica merita, nonnullos in senatum pervenisse, exemplis probari potest. — Locus autem Steph. Byz. *Βέννα* qui, si non mutatur, rem extra dubium ponit, mutatus quoque nostram sententiam confirmat potius, quam impugnat.

sequi possumus. *Ἡ βουλὴ* enim est in inscriptione illa aetatis Alexandri M. [42]), in aliis plurimis [43]), apud Josephum [44]) et Achillem Tatium [45]). Senatum et *γερουσίαν* aliquoties dictum censeo, ut apud Strabonem [46]) et in titulis nonnullis [47]). Quod vero in numis est: *Δόγματι συνκλήτου* [48]) ad nostrum senatum non pertinet, sive ad senatum id spectarit Romanum [49]), sive ad cultum et rerum sacrarum administrationem [50]); quamvis et ipsum senatum Ephesium *σύγκλητον* recentioribus temporibus dictum inveniamus [51]). Senatui praesidebant prytanes [52]), quorum summus atque proëdrus [53]), qui et bularchus appellabatur [54]), recentiori aetate eponymus factus est [55]). *Βουλευτήρια*, in quibus senatus habebatur [56]), ad forum fortasse sita erant. Cf. c. IV, II, §. 3.

ECCLESIA.

Quam in ferendis legibus senatus, eandem in hisce aut abrogandis aut accipiendis potestatem habuit ecclesia [57]). Quare saepissime populum et senatum com-

---

42) C. I. n. 2953, b. 5. 10. 43) C. I. n. 2957. 2961, 6. — 2956, 6. *Φιλοσέβαστος* est 2965, 64. 44) Antt. Jud. XIV, 10, 12. ib. 2, 5. — XVI, 6, 4, 7. 45) VIII, 9 p. 688. 46) XIV, p. 640. cf. Tittmann. p. 429 n. 24. 47) C. I. n. 2987, 6. eodem cognomine *ἡ γερουσία* appellata, quo *ἡ βουλὴ* (2965). — Ib. n. 2965. 48) Mionn. Suppl. VI, n. 563. 49) Eckhel D. N. II, p. 517. 50) Tittmann p. 431. 51) Damiani enim posteri *εὐδοκιμώτατοι . . . . . . ξυγκλήτου γὰρ βουλῆς ἀξιοῦνται πάντες ἐπ' εὐδοξίᾳ θαυμαζόμενοι κτλ.* — Quid vero *συγγενὶς συγκλητικῶν* sit in inscr. n. 2995, v. 4 plane nescio. 52) *Ἡ βουλὴ καὶ οἱ πρυτάνεις* Ach. Tat. p. 670 (VII, 8). — C. I. n. 2955, l. cf n. 2981. 2982. 2986, 3. 53) Hunc proëdrum appellatum fuisse ex analogia conjeci; qui autem apud Tatium proëdrus invenitur, is num ad senatum, an ad judicia tantum spectet, non ubique perspicuum est. Cf. VIII, 8, p. 670. — Ad judicia referendus est VII, 11. VIII, 9. 54) C. I. n. 2997. 55) Joseph. Antt. Jud. XIV, 10, 25. *ἐπὶ πρυτάνεως Μηνοφίλου . . . . . ἔδοξε τῷ δήμῳ κτλ.* — Boeckh ad 2987. 2953, b. 56) Tat. VIII, 9, 688. 57) Kortüm pag.

positos invenimus [58]), sed et solus *ὁ δῆμος* exhibetur in titulis [59]) et numis [60]) et *ἡ ἐκκλησία* [61]). Psephismata — plebiscita apud Ciceronem [62]) — apud auctores sunt [63]) et in titulis [64]); eaque omnibus proponere licuisse ex nota „*ψηφισαμένου τοῦ δεῖνος*“ formula apparet, quam tituli complures exhibent [65]). In quibusdam causis ipse populus judicasse quoque videtur, cujus rei, caeterum haud insolitae, exempla in actis Apostolorum sunt [66]) et apud Tatium, ubi carcerum praefectus ab ipso populo capitis damnatus dicitur, quod reum in carcere veneno necasset [67]).

JUDICIA.

Judicibus, qui e populo vel sorte vel alia ratione creati videntur, *πρόεδροι* praesidebant [68]) modo archontes [69]), modo e regio genere sumti [70]).

Hisce vero ne nimia potestas fieret, legibus cautum erat; ita ut consiliarii iis e senioribus [71]) adderentur *ἐπιγνώμονες* [72]), qui et *σύμβουλοι* et *πάρεδροι* et *δικασταὶ* simpliciter dicti sunt [73]).

---

106. — Tittmann p. 429. 58) C. I. n. 2956, 6. 2966. — 2957. — 2988. — Joseph. XIV. XVI l. l. 59) C. I. n. 2954, 14. 2966 ubi *νεώκορος* appellatur. 60) Mionn. Suppl. VI, n. 447. — Etiam apud Joseph. XIV, 10, 25. 61) C. I. n. 2987. 62) Cic. Tuscul. Cf. c. IV, I, §. 1. 63) Strab. XIV, p. 640. — Diog. Laert. in Heracl. — Aristot. *νόμον τίθεσθαι* dicit Cur. Rei. Fam. II, 285 E. Casaub. 64) C. I. n. 2954, 17. — 2998. 65) C. I. n. 2963 — 2995. 66) XIX, 39. Cf. Tittm. p. 430. 67) VII, 1 p. 598 ubi *πόλις* eadem ratione pro *δήμῳ* usurpatur, qua *γραμματεὺς τοῦ δήμου* etiam *γρ. τῆς πόλεως* appellatur. 68) *Πρόεδροι τῶν δικαστῶν* Tat. p. 608. 69) Ach. Tat. VIII, 8. 70) Apud Tatium in causa capitali proëdrus *ἦν δὲ τοῦ βασιλικοῦ γένους*, quod tamen fortuitum censuit Tittm. p. 429. 71) *Ἐκ τῶν γεραιτέρων*; quos ad *γερουσίαν*, tamquam senatores referre, ut fecit Kortüm p. 107, non opus est. Cf. Tittm. p. 431. 72) Tat. p. 608. — Cf. VIII, 9. *καὶ οὐδὲν ἄνευ τούτων ἔξεστί σοι* (proëdro). — Cf. Harpocr. s. v. 73) Tat. l. l. ibique Salmas. et Boden.

Ingens videtur numerus causarum fuisse, siquidem e magna rhetorum, quibus urbs abundabat (cf. c. IV, pag. I, §. 3), multitudine conjicere licet. Sic in una causa rei defensores non minus decem inveniuntur [74]), ad quod defendendi munus vel summos etiam reipublicae magistratus descendisse rhetor senatorii ordinis docet apud Tatium [75]). Mitto singula, quae apud Tatium obviam mihi facta sunt, ἐξέτασιν [76]), πρόκλησιν [77]), βασάνους [78]), συκοφαντίαν punitam [79]), all. fusius enarrare; idque tantum adjicio, duas, praeter illam, de qua supra diximus ἡμῶν μηδεὶς ὀνήιστος, Ephesiorum leges memoriae traditas esse, unam τὸν αὐτοῦ κατειπόντα τεθνάναι apud Tatium [80]), alteram, quae de aedificiis publicis conducendis est, apud Vitruvium [81]).

74) Tat. VII, 8. 75) VIII, 10 p. 692. 76) Ib. VII, 8 p. 674. 77) Ib. VIII, 8 ubi Salmas. et Bod. p. 703. 78) Ach. Tat. p. 608. 79) Ib. VIII, 11, p. 704. 80) Ib. VII, 11, pag. 608. 81) Arch. lib. X praef. Nobili Graecorum et ampla civitate, Ephesi, lex vetusta dicitur a majoribus dura conditione, sed jure non iniquo constituta. Nam architectus, cum publicum opus curandum recipit pollicetur, quanto sumtu id sit futurum, tradita aestimatione magistratui bona ejus obligantur, donec opus sit perfectum cett. —

CAPUT TERTIUM.

De rebus sacris Ephesiorum.

DE DIANA EPHESIA.

§. 1.

Graeci in ipsa, quam Androclo duce occuparunt regione, prope Caystrum et haud procul ab eo loco, quo Ephesum urbem posuerunt, sacra quaedam invenisse dicuntur ad cultum atque religionem Deae pertinentia, quam Dianam ipsi nuncuparunt. Quod quo jure fecerint infra videbimus. — Quod vero ud originem istius religionis, attinet patriamve, unde sacra illa huc deducta fuerint, hanc et ipsorum, quae animadvertere licet, sacrorum vestigia et populorum, quos hasce terras tenuisse scimus, mentio cognoscere juvant. — Ipsum enim sacellum nihil aliud fuisse traditur, nisi ulmi [1]) aut fagi truncus [2]), in

1) *Ἔνθα θεῇ ποτε νηὸν Ἀμαζονίδες τετύκοντο*
Πρέμνῳ ἐπὶ πτελέης, περιώσιον ἄνδρασι θαῦμα

Dionys. Perieg. v. 828. 829; ubi rectius *τὸ πρέμνον* pro trunco accipias, quam pro radice (Schol. paraphr. *τῇ θεᾷ ἐν τῇ ῥίζᾳ τῆς πτελέης βωμὸν* [*βωμὸν* pro *νηὸν* duo tantum codices habent] *κατεσκευάσαντο*) Eust. sch. ad l. l. *ἐν πρέμνῳ* (*ὅ ἐστιν ἐν κορμῷ*) *πτελέας*. — De voce *νηὸν* cf. Valken. ad Herod. IV, 108. VI, 19. ap. Gaisford. Tom. IV, p. 674 ss. 2) *Φηγοῦ ὑπὸ πρέμνῳ τέλεσεν δέ τοι ἱερὸν Ἱππώ*. Callim. Hymn. Dian. v. 239. Quae discrepantia ex arborum fortasse similitudine orta est, cf. Pausan. VIII, 12, 1, veriorem tamen alteram traditionem esse urbis nomen Ptelea docet cf. c. I, §. 3. — Quod vero ad fagum attinet, cf. Iovem Fagutalem (Fest. s. v. fagut. — Plin. XVI, 15), fagum Dodonaeum Paus. I, 17, 5 et Plin. l. l. c. 14 „nec non in quodam usu sacro-

cujus cavo simulacrum positum erat [3]), quam simplicissimum [4]), neque, si ex numis antiquioribus conjicere licet, nisi capite, manibus, mammis denique praeter solitum auctis instructum [5]).

In quibus quum peregrinae, ut Asiaticae religionis ne minimum quidem insit vestigium, ad talem cultus originem recurrere vix licet: quum vero e contrario omnia summam cum antiquissimis Graecorum sacris similitudinem ostendant: quibus et simulacra ejusdem plane formae atque figurae erant [6]), et arbores in eundem finem usurpatae [7]), ad Pelasgos, quos antiquitus hanc terram habitasse supra probavimus (c. II, §. 1.) sacrorum ad Caystrum originem referendam esse dubitari vix potest.

---

rum religiosus est fagi cortex", unde pro sacra arbore fagum quoque habitam esse conjicias. 3) Sic, praelato ἐνὶ apud Dionysium, refutatis Scaligero, qui ἐπὶ legerat, quod unus tantum codex habet, et ulmeum simulacrum intellexerat — et Ernestio, qui retinuit quidem τὸ ἐνὶ sed de vicinitate urbis (Pteleae) interpretatus est, recte censuit Bernhardy ad Dionys. p. 752. 4) Βρέτας enim dicitur ap. Callimachum v. 237. 248, quod simplicissimorum signorum nomen erat. 5) Numus aureus, qui est ap. Mionn. Tom. III, n. 2, si non ex antiquissimis est, antiquissimam saltem simulacri formam exhibet. De attributis infra dicetur. Cf. Creuzer Symb. II, p. 176: „die Ephesische Göttin war wohl ein bloſser Trunk mit Kopf und Füſsen". 6) Cf. Muell. Arch. §§. 66—68, p. 44—47. 7) Plin. XII, 2: „Haec (i. e. arbores) fieri numinum templa priscoque ritu simplicia rura etiam nunc Deo praecellentem arborem dicant". — Quercus Iovis Dodonaei, summi Pelasgorum numinis sacellum Hesiod. ap. Schol. Soph. Trach. 1169 *ναῖεν δ' ἐν πυθμένι φηγοῦ* Hes. frgm. Gottl. 54. Paus. I, 17, 5. ubi *ἱερὰ τοῦ Θεοῦ φηγός* et VIII, 23. *ἡ ἐν Δωδώνῃ δρῦς* (Notandum est fagum inter quercuum species referri. Paus. VIII, 12, 1). E quercu simulacra VIII, 17, 2. — Voss. Theol. Gent. V, 48, p. 91. Cf. Plutarch. Qu. Rom. XCII *Διὸς καὶ Ἥρας ἱερὸς ὁ στέφανός ἐστιν ὁ δρύινος.* — In Arcadia, quam Pelasgicam religionem diutissime servasse constat, prope Orchomenum Dianae Cedreatidos simulacrum in cedro dicatum erat. Pausan. VIII, 13, 2. („Cedro" enim „similis in Arcadia est arbor" Plin. XIII, 11.) — De quercu Iovi sacra cf. etiam Maxim. Tyr. diss. XXVIII *ἄγαλμα δὲ Διὸς Κελτικοῦ ὑψηλὴ δρῦς.*

Natura autem numinis, cujus cultui sacra ista inserviebant, qualis fuerit, et sacelli i. e. sacrae arboris situs in media palude [8]) indicare mihi videtur et totius hujus regionis natura, quae, a Caystri alluvie continenti terrae paullatim adjecta, admodum aquosa erat ac palustris (cf. c. I, §. 4, n. 11—28), unde, si quid ejusmodi argumentis tribuendum est, aquae, quatenus in terra appareat, Deam istam fuisse sequitur. Quod jam certioribus argumentis probaturi sumus.

Antiquissimum hujus Deae nomen Upin fuisse omnia docent [9]), idque a Pelasgis deducendum esse pluribus argumentis comprobatur; primum enim Upis cultae vestigia iis potissimum locis reperiuntur, quae antiquissimam Pelasgorum religionem diutissime retinuerunt, ut in Peloponneso, Troezene [10]) et Spartae [11]), in Attica [12]),

---

8) Templum enim recentius, quod in media palude exstructum fuisse scimus (cf. c. IV, p. II, §. 1.) circa antiquissimum sacellum aedificatum est. Callim. v. 248. *Κεῖνο δέ τοι μετέπειτα περὶ βρέτας εὐρὺ θέμεθλον Δωμήθη. ...* Unde recte Muellerus (l. infra l.) „Im meerentstiegenen Thale des Cayster“. 9) Timotheus ap. Macrob. V, 22. *Ὑμνῆσαι ταχέων Ὦπιν βλήτειραν ὀϊστῶν.* — Callimach. v. 204: *Οὖπι ἄνασσα* de dea Ephesia. — Idem. Hymn. Del. v. 292. ubi cf. Spanhem. — Cicer. Nat. Deor. III, 23. „Eam“ tertiam sc. Dianam „Graeci saepe Upin paterno nomine appellarunt“. — Macrob. l. l. „cognomen, quod a veteribus Graecis scriptoribus ipsi Dianae fuerat impositum“, et „apparuit — Opin Dianam dictam“ cett. p. 148 ed. Bip. Creuzer II, p. 121 „Vielleicht war Opis der älteste Name der ephesischen Göttin“. De etymo vocis cf. Schol. ad Callimach. Dian. 204. — Schwenck Andeut. p. 221, et, quem ibi laudatum inveni, Graev. Lectt. Hesiodd. p. 27. — Ex hac igitur Dea ut fieri solet, deductae sunt: Dianae nutrix Schol. Call. l. l.; nympha atque comes Dianae Aen. XI, 532. Serv. XI, 858. Macrob. l. l.; virgo Hyperborea Herod. IV. 35. all. Cf. Spanh. Callim. Dian. 204. 10) Upingus enim quum hymnus in Dianam dicatur (Athen. XIV, p. 619 *οὔπιγγοι δὲ εἰς τὴν Ἄρτεμιν.* — Theodor. Sermon. IV, p. 540 [T. IV.] *τῇ Ἀρτέμιδι τὸν οὔπιγγον*, ut Cereri Iulum, Baccho Dithyrambum), eaque vox „petita procul dubio sit a voce Upis, nota Dianae appellatione“ ut ait Spanhem. l. l.: Troezene, ubi inprimis carmen

in insula Delo [13]). Accedit, quod Opis nomen in antiquissima etiam Italorum religione invenitur, quae quantopere cum Pelasgis connexa sit, notissimum est. Opem enim, quam tamquam terrae ac fertilitatis Deam veteres Italiae populi colebant, eandem esse ac nostram Opin dubitari vix potest [14]). Priscae igitur hujus Pelasgicae Deae pater Upis traditur, mater Glauce [15]), quae nomina, quantopere eum, quem supra Deae nostrae sensum fuisse diximus, confirment, facile apparet. Quotquot enim Glauces nominis in universa Graecorum mythologia vestigia inveniuntur, ea omnia ad mare et aquam spectant [16]); cui si adjicias in Upis patris nomine terrae notionem la tere [17]), in filia Upi, quippe quae patris et matris natu-

---

Illud usurpatum videtur (Schol. Apoll. Rhod. I, v. 972 *οὔπιγγος παρὰ Τροιζηνίοις εἰς Ἄρτεμιν ὕμνος*), Ipsam quoque Upin antiquitus cultam fuisse conjeci. 11) Palaephat. Incred. XXXII, 6 p. 137 (ed. Fischer) *Καλοῦσι δὲ . . . . τὴν Ἄρτεμιν Θρᾷκες Βένδειαν, Κρῆτες δὲ Δίκτυνναν, Λακεδαιμόνιοι δὲ Οὖπιν.* Cf. quos laudat Fischer ad l. l. Olear. ad Philostrat. p. 370. — Ursinus, Virgil. cum Graec. scriptt. coll. ad XI, 532. Duo enim laconicae religionis elementa erant, alterum Pelasgicum, eorum, quos Dorienses sibi subjecerunt, alterum Doricum. 12) Tale quid inesse suspicatus sum in illo loco Macrobii (I, 10 p. 243) „Philochorus Saturno et Opi primum in Attica statuisse aram Cecropem dicit". Cf. tamen Gerhard Prodrom. I, n. 70. 13) Deliorum filiae Opi Deae comas consecrant Paus. I, 43, 2. V, 7, 4. Her. IV, 35. — Delum autem nomen illud ab Ionibus delatum videtur, qui insulam occuparunt cf. Herm. Antt. §. 77, 4 p. 166. 167. 14) Creuzer II, p. 121, aliter Schwenck And. p. 110. — Opis eadem vox, quae Upis dialecto dorica. Cf. Gerhard Stammtafeln pelasgischer Göttersysteme (Prodrom p. 115, III, 45). 15) Tertiae (Dianae) pater Upis traditur, mater Glauce. Cic. Nat. Deor. III, 23. 16) Glauce 1. Nereïs est Hom. Il. XVIII, 39. — 2. Cenchrei fluvii filia Diodor. IV, 72 (cf. Pausan. II, 2, 3). — 3. Glaucia Scamandri et filia appellatur et mater Plut. Qu. Gr. XLI. — 4. Glauconome Nereïs est Hesiod. Theog. 256. — 5. Glaucus Deus marinus Apoll. Rhod. Arg. I, 1310 (Neptuni filius; Pontius. Athen. VII, 296). — 6. Glauce nympha denique est Arcadica Paus. VIII, 47, 2. 17) Saturnum et Opem Deam „nonnullis coelum ac terram esse persua-

ram in sua ipsius notione conciliet, vim terrae et maris conjunctam, qualis in fontibus, paludibus, stagnis appareret, etiam hac ex parte agnoscamus necesse est.

Quod vero ad mammas attinet, quibus nostrae Deae simulacra abundare videmus [18]), has ne nimis a Graecorum religione alienas censeas, id tantum monendum videtur, eadem ratione Graecos saepius membrorum quorundam numerum, si symbolica numinum natura postularet, auxisse. Sic Hecatonchiri centum manus habent [19]), centum capita Typhos [20]), Geryones corpora tria sive quinquaginta et tria [21]), tria capita Mercurius [22]), oculos autem tres habuerunt Jupiter Triopas sive Triopthalmus [23]) et aliquando Polyphemus [24]); innumerabiles Argus [25]). Quo concesso nihil prorsus mirandum erat, quod, ut symbolicum mammarum sensum amplificarent [26]), earum quoque numerum in nostrae Deae simulacris auxissent. Mammis autem simplicissimum fontium symbolum contineri [27]), quum per se jam satis apertum sit, praeter

sum est". Macrob. Sat. I, 10 p. 242. — „Eandem esse Bonam Deam et terram" — „hanc eandem Bonam Deam — et Opem" cett. Ibid. I, 12, p. 259. — Cf. Tom. II, p. 25. — Et Ceres Opis dicta. Hesych. s. v. — Cf. Gerhard Prodrom. p. 101, n. 140. 18) Unde et *πολύμαστος* et multimammia. — De mammis testimonia collecta videas apud Menetrejum, Meyerum de Diana Ephes. (Heeren Biblioth. d. alten Literat. u. Kunst. X St. Gött. 1794 p. 1—32) p. 4 ss.; all. 19) Apoll. I, 1, 1. 20) *Τυφῶς ἑκατογκάρηνος* Aesch. Prom. 352 (Bothe); *ἑκατοντακάρανος* Pind. Pyth. I, 16; *ἑκατόγκρανος* Pyth. VIII, 16. 21) Cf. Gerhard Auserl. Vasengem. II, 72, 30—34. 22) Harpocration *Τρικέφαλος Ἑρμῆς*. 23) Paus. II, 24, 4. 24) Servius ad Virg. Aen. III, 636. 25) Apoll. 2, 1, 2. *Ἄργος ὁ Πανόπτης λεγόμενος. εἶχε δὲ οὗτος ὀφθαλμοὺς μὲν ἐν παντὶ τῷ σώματι.* 26) Polymastiam e magnarum tantum mammarum notione natam esse viderunt jam Richter (Uebers. d. Myth. p. 158.) et Meyer p. 4. — (Cf. Cererem mammosam ap. Lucret. Rer. Nat. IV, 1161.) Quare et statuae Dianae Ephesiae inveniuntur, quae nonnisi duas mammas praebeant. 27) Ubertatem et naturae fertilitatem mammis expressam censuit Meyer (l. l.) atque Deam pro naturae in universum symbolo accepit. Quod con-

Titthii montis nomen, quem propter frequentes fontes „montem mammarum“ appellarunt [28]), eo quoque probatur, quod naturam Dianae Siculae, quam (sub Arethusae nomine) fontium ac fluviorum potissimum Deam fuisse inter omnes constat [29]), polymastia Graeci expressisse videntur. Hujus enim polymastiae analogia quaedam in parvis Dianae Siculae simulacris figlinis (terre-cotte) apparet [30]), quae, quum in universum cum simplicissima nostrae Deae specie et forma magnam similitudinem habeant, argumento esse possunt: et peculiarem istam Dianae Ephesiae speciem a Graecorum religione nequaquam abhorrere, et (magna quoque ipsorum numinum cognatione spectata) verum esse eum, quem nos antiquissimae Deae Ephesiae sensum hucusque exposuimus.

Quae quum ita sint, humoris in ipsa terra reconditi vim, qualis in stagnis, paludibus, fontibus denique appareat, antiquissimam illam Pelasgicam Deam habuisse censeo. Haec enim notio, quum in universum a Pelasgorum religione nequaquam aliena sit, et singulari hujus Deae specie comprobatur et ipsius, in qua Dea colebatur, regionis natura atque indole.

---

cederem sane, nisi generalem istam naturae notionem semper sub peculiari quadam specie Graeci expressissent. 28) Titthii denominationem a τίτθη derivandam esse nemo est, qui non videat. Fontibus autem montem illum Epidaurium abundasse e fabula perspici potest, qua Aesculapio in hoc monte exposito γάλα μία τῶν περὶ τὸ ὄρος τῶν ποιμαινομένων αἰγῶν praebuisse narratur (Paus. II, 26, 4). Capris enim fontes hic designatos esse, e symbolica caprarum significatione apparet, de qua Forchhammer in Hellenicis T. I. 29) Muell. Arch. §. 364, 7 p. 529. 30) Ipsa simulacra viderunt in Museo Syracusano Gerhard et cum Od. Muellero Schoellius. Delineata inspicere ex insigni Gerhardi erga me humanitate mihi licuit in Antiquario Musei Regii Berolinensis, ubi tabulae, quae Politi quondam erant, asservantur, talia simulacra quam plurima exhibentes.

§. 2.

Sic igitur primaria Deae nostrae natura atque notione constituta, jam quid advenae Graeci attulerint, quave ex parte hujus Deae indolem immutarint videamus. Neque tamen multum initia, quae jam descripsimus, ab advenarum religione discrepuisse facile intelligitur, dummodo quis maximam, ut supra probavimus c. II, §. 2 Ephesiorum colonorum partem Arcades effecisse reputaverit. Ab his enim Arcadibus, quippe qui et ipsi Pelasgi fuissent, neque universa Pelasgicae religionis ratio aliena erat, neque peculiaris ejusmodi, qualem Upin fuisse vidimus, Deae cultus illis ignotus. Contra Diana, quae summa atque princeps fere Arcadiae Dea erat [1]), neque ullibi tot templa et sacra habebat, quot in hac terra [2]), ut in universum cum fontium et amnium numinibus — nymphas dico — similitudinem praebet [3]), semper fere et in Arcadia et in Peloponneso arctissimo quodam nexu cum lacubus, fontibus, fluminibus conjuncta apparet [4]); ita ut etiam hac in Dea conjunctam, de qua supra diximus, aquae et terrae vim cognoscere liceat. Quod quae probent notissima Deae cognomina, ea afferre juvabit.

Amnium igitur fluminumque Dea Diana colebatur Potamia, ad Cladum et Alpheum [5]), Imbrasia

1) Muell. Dor. I, p. 372. „Sie ist hier Nationalgottheit, die — seit alter Zeit und von allen Stämmen des Volks geehrt und als Kallisto selbst den Stammgenealogien eingetragen und Tochter des Lykaon, d. h. des lykäischen Jupiters und Mutter des Arkas, d. h. des Volkes, genannt wurde". 2) Paus. VIII, 5, 11. 12 — 6, 6 — 12, 5 — 13, 2 — 14, 5 — 15, 9 — 18, 8 — 22, 7 — 23, 1 — 23, 3. 4 — 23, 6 — 30, 7 — 30, 10 — 31, 1 — 32, 4 — 35, 5 — 35, 7 — 35, 8 — 36, 8 — 37, 1 — 39, 5 — 41, 5 — 53, 11 cett. 3) Ita ut a nymphis Deae notionem deducere conatus sit Mitscherlich d. Diana Sospit. Gött. 1828 (quem librum adire non licuit). — Cf. Muell. l. l. p. 374. 4) Muell. l. l. „Vor allem steht diese altpeloponnesische Göttin im innern Connex mit Seen, Quellen, Flüssen" cett. 5) Strab. V, 15.

Sami [6]), Alpheusa et Alpheonia Ostiae in Elide [7]), *'Αλφειαία* ibidem apud Letrinaeos [8]), Amnium Domina [9]); lacuum Limnatis Tegeae [10]), Epidauri [11]), Patris in Achaja [12]), in Messenia [13]); Limnaea Corinthi [14]), Pitanae in Laconia [15]), Spartae [16]) et in insula Corsica [17]), Stymphalia [18]), Coloëne [19]); portuum Philormistira [20]), Munychia [21]), Limenescopus [22]), *Λιμένεσσιν ἐπίσκοπος* [23]), *νηόσσοος* [24]); paludum denique Helea [25]). Ad marinam autem in universum indolem atque naturam cognomina spectant Derrhiatidis [26]), Hemerasiae [27]), Eurynomae [28]), Dictynnae [29]), Britomartis [30]), Aegineae [31]), Cha-

6) Callimach. Dinn. 228 (Spanb.) ab Imbraso flumine Athen. VIII, 283, unde Samus *"Ιμβρασις γαίη* Nicand. Alexiph. p. 139. 7) Strab. VIII, 335, C. 8) Paus. VI, 22, 8 propter Alphei fluminis amorem ib. §. 10. 9) Catull. III, 4, 9—12. Montium domina — Amniumque sonantum. — Horat. Carm. I, 21, 5 Laetam fluviis (Dianam). 10) Paus. VIII, 53, 11 (antiqua statua ex ebeno). 11) Ibid. III, 23, 10. 12) Ibid. VII, 20, 7. 13) Ubi *κώμη Καλάμαι καὶ Λίμναι χωρίον* ib. IV, 31, 3. Cf. IV, 4, 2. — Artemid. Onirocr. II, 34. 14) Paus. II, 7, 6. 15) Ibid. III, 14, 2. 16) Spartae locus *Λιμναῖον* Dianae sacer erat Paus. III, 16, 7 (cf. *τὸ Λιμναῖον* in confinio Messeniae et Laconiae Strab. VIII, 361), unde *οἱ Λιμνᾶται Σπαρτιατῶν . . . . . θύοντες τῇ 'Αρτέμιδι* ib. §. 9. 17) *'Αρτέμιδος λίμνη* in ora Corsicae, hodie „Stagno di Diano" Cluver. Corsic. Ant. p. 505. Cf. 508, 40. 18) In Arcadia Paus. VIII, 22, 7. 19) Sardibus a Coloë lacu appellata Strab. XIII, 626. 20) Callim. Dian. v. 39. 21) Athenis Paus. I, 1, 4 et, ut in nonnullis aliis urbibus, Pygelae quoque Strab. XIV, 639. Cf. Muell. 22) Strab. p. 259. — Callim. l. l. 23) Callim. l. l. Fanum in Elide (Plut. Qu. Gr. p. 302) memorat Spanhemius ad l. l. 24) Apoll. Rhod. Arg. I, 569. 25) In paludibus circa Alorium, *οὗ τὸ τῆς 'Αρτέμιδος ἱερὸν, τῆς ὑπὸ τοῖς 'Αρκάσιν, ἐκεῖνοι γὰρ ἔσχον τὴν ἱερωσύνην* Strab. VIII, 350, ubi Muellerus (Dor. I, p. 375) legendum censet *ΗΛΕΙΑΣ*, Koraës *'Ελείας*. Ceres quoque *ἐν ἕλει* in Arcadia Paus. VIII, 36, 6. 26) Paus. III, 20, 7. 27) Propter Lussorum vicinitatem VIII, 18, 7. 8. — „Etwa eine badende Lusia" Gerhard Prodrom. ad I, n. 88. — Callimach. Dian. 235. — frgm. 75, 11, et quos ibi laudat editor. 28) In Arcadia Paus. VIII, 41, 4. 5. 29) Paus. III, 12, 8. — 24, 9.

rinautae[32]), Bajanae[33]), Undarum Reginae[34]) et fabula illa, qua Neptunus Dianam e mari produxisse narratur[35]).

§. 3.

Hisce expositis, quum jam de Deae nostrae natura agendum sit, qualis ex concretis istis elementis Pelasgicis et Arcadicis prodierit, quatuor summa, quibus in universum numinis cujusdam cultus et natura cognosci queant, indicia, quo supra diximus (cf. praef. p. X. XI) ordine, persequemur.

I. De natura regionis quum in universum supra jam dictum sit[1]), id tantum restat, ut de iis locis paullo accuratius exponamus, quae Dianae sacra fuerint, inque quibus nexus quidam aut similitudo cum universa Dianae religione appareat. Qua in re eo majus momentum ponendum mihi videtur, quo apertius fiat, errasse, qui ullam inter Dianae Ephesiae cultum atque alia Graecorum numina similitudinem intercessisse prorsus denegarunt[2]).

Quod igitur ad templum attinet, inter duos rivulos situm[3]), multa sane haec res exempla habet in religione

X, 36, 5. 30) Eadem enim est Britomartis, quae Limnaea (II, 14, 2) et Dictynna (II, 30, 3). 31) *Αἰγεινέα* Bekker. *Αἰγιναία* Sylburg Paus. III, 14, 2. Pitanae una cum Neptuno Hippocurio culta. 32) Ann. d. Instit. arch. XII, p. 201. — Panofka Ortsnamen 14, 2 (Act. Acad. Ber. 1840). 33) Tepekoei in valle Granici inscriptio reperta in pavimento thermarum *Ἀρτέμιδι Σεβαστῇ Βαϊάνῃ τὸν ναὸν καὶ τὰ* [*βαλανεῖα*] Boeckh C. I. n. 3695. e. Cf. Dianam Lusiam n. 27. 34) Gruter. Inscr. Veteres p. 37. 35) Aristid. Or. in Neptun. p. 34. Dind.

1) Hanc regionis indolem si quis recte perpenderit, jam intelligat necesse est, cur in Elide potissimum Xenophon Dianae Ephesiae cultum condiderit (Xen. Exp. V, 3, 7-9. — Diog. Laert. Xen. 8.); hanc enim terram et ipsam summa aquae abundantia gavisam fuisse tradit Strabo VIII, 313: *Μεστὴ δ' ἐστὶν ἡ γῆ πᾶσα Ἀρτεμισίων τε καὶ Νυμφαίων — διὰ τὴν εὐυδρίαν.* 2) Inprimis Muell. p. 288: „Alles, was vom Kultus dieser Göttin erzählt wird, ist singulär und dem Hellenischen fremd". 3) Plin. V, 31. — Cf. c.

Arcadica; sic enim Inachi fontes prope Dianae templum erant in Artemisio monte [4]), *Ἀλαλκομενείας πηγή* haud procul a templo Dianae ad Ladam [5]), fons cum platano prope templum Dianae Cnacalesiae Caphyis [6]), fontes *χροῦνοι* ad Callistae templum ibidem [7]). Ad confluentes denique Nedam et Lymaceum fluvios Dianae Eurynomae aedes sita erat [8]).

Idem in lacubus accidit; nam ut Selenusios lacus Dianae Ephesiae sacros fuisse scimus, eorumque reditus sacerdotibus contigisse [9]), etiam alibi lacus Dianae sacratos saepissime invenimus [10]) (cf. §. 2, n. 10—19) et, ut portus in praecipua Dianae tutela esse credebantur (cf. ibid. n. 20—21), portus quoque Ephesinus nostrae Dianae sacer habebatur [11]). Fontes autem, quos in universum Dianae sacros fuisse notissimum est, multos in nostra urbe Dianae sacratos habemus: Hypelaeum, ad quem ipsa Dea nata dicebatur [12]), alium, quem Thrason sculpturis ornavit [13]), et Calippiam, quem, ut Pegaseum stagnum, ad Pegasum referre non dubito [14]). Nam et in universum Pegasi nomen fontium notionem prae se fert [15]) et ipse equus ille divinus saepius arctiore quodam nexu cum Diana conjunctus invenitur, ut Corinthi, ubi in ipsius Dianae templo fontem aperuit [16]), et in fabulis, quae Pi-

---

1, §. 4, n. 14 ss. 4) Paus. VIII, 6, 6. 5) *Λάδα στάδιον.* Ibid. c. 12, 5. 7. 6) Ib. c. 23, 3, 4. 7) Ib. c. 35, 8. 8) Ib. c. 41, 5. 9) Strab. XIV, p. 647. 10) Praeter ea, quae supra attulimus exempla, haec quoque habemus: Dianae Aricinae lacus sacer erat (Cluver. Ital. ant. p. 921) e graeco, ut videtur, instituto (Paus. II, 27, 4), et Dianae Leucophrynae Magnesiae (Xen. Hell. III, 2, 19). 11) *Ὁ ἱερὸς λιμήν* Creophylus ap. Athen. VIII, 361. Cf. c. I, §. 3, n. 45-47. 12) Strabo XIV, 647. Athen. VIII, 361. Cf. p. 536. 13) Strab. XIV, 641. De ejusmodi fontium ornamentis cf. Paus. II, 3, 2. 3. 14) Hanc sententiam olim jam proposuisse video Harduinum ad l. V, p. 279. 15) Pegasus appellatus est, quod ad *πηγὰς* Oceani natus sit. Neptuni filius (Ov. Met. VI, 119), fontem in Helicone aperit (Pausan. IX, 31, 3) et Troezene (II, 31, 9). 16) Pausan. II, 3, 5.

renae fontis ortum modo ad Pegasum referunt [17]), modo ad Dianam [18]). — Ac vel in ipso Artemisio sacri latices memorantur [19]), quales in ipsa Graecia saepissime in templis Dianae animadvertere licet, ut Corinthi [20]), Marii, oppido Laconiae [21]), Mothonae, urbe Messeniae [22]), et in Derrhiatidis denique aede prope statuam [23]).

§. 4.

II. Fabularum Ephesiarum etsi non multae ad ipsam Dianam spectant, hae tamen omnes eam, quam nos supra nostrae Deae notionem fuisse diximus, admodum confirmant.

Sic enim in fontem Diana nostra mutavit nympham Rhodopin, quae amori indulserat [1]) (cf. §. 3, n. 18), et in fabula, quae de Aëdone Ephesia est, omnes in aves marinos mutavisse narratur [2]). In qua narratione, dummodo numina in ea tantum animalia, quae sibi sacra fuerint, homines transformasse ponas [3]), marinos aves Deae nostrae sacros fuisse ipsamque ideo marinam indolem habuisse haud dubie notatum est. Huc quoque pertinet, quod regis Androcli filia [4]) cum juvenibus quondam et puellis in humida Caystri planitie et in ipsius maris ora Dianae cho-

---

17) Stat. Theb. IV, 60; quare *Πειρηναῖος πῶλος* est ap. Euripid. Electr. v. 475. 18) Pirene in fontem a Diana mutata est Paus. II, 3, 3. 19) Ach. Tat. Erott. VIII, 3. 20) Paus. I. I. 21) Ib. III, 22, 8 *εἰσὶ δὲ καὶ ἐν Ἀρτέμιδος ἱερῷ πηγαί.* 22) Ibid. IV, 35, 8. 23) Ibid. III, 20, 7. *Δέῤῥιον ἔνθα Ἀρτέμιδος ἄγαλμα ἐν ὑπαίθρῳ Δεῤῥιάτιδος καὶ πηγὴ παρ' αὐτῷ, ἣν Ἄνωνον ὀνομάζουσι.*

1) Achill. Tatius VIII, 12 *τὸ τῆς ἱερᾶς Στυγὸς ὕδωρ.* Etiam in Arcadia haud procul a Pheneo urbe *ὕδωρ Στυγὸς* est (*καὶ ὕδωρ κατὰ τοῦ κρημνοῦ στάζει*) cf. Paus. VIII, 17, 6. 18, 4. et Porphyr. de antro nymphar. c. 6 (v. d. Goens). 2) Antonin. Liberal. narr. XI. Pandarum in *ἁλιαίετον* mutavit Diana, conjugem in *ἀλκυόνα*; filius *ἔποψ* factus est et Aëdon *παρὰ ποταμοὺς — θρηνεῖ.* 3) Diana Arcadica in ursam, Hecate in canem *κτλ.* 4) Etymol. Magn. — Suidas s. v. *Δαῖτις.* Ibi *τοῦ βασιλέως* tantum dictum est; sed alium praeter Androclum regem non habemus.

reas duxisse narratur [5]), eique sacrificia praebuisse, de quibus infra fusius dicendum est (cf. §. 8, II). Hic vero id tantum tenendum est, in ora maritima et in λειμῶνι Caystrio ludos illos factos esse. Quibus, quum et in universum, et in Arcadia potissimum [6]), λειμῶνες Dianae sacri habiti sint [7]), haud parum in natura nostrae Deae, si non constituenda, confirmanda sane adjuvamur. Accedit, quod vel ipsum Clymenes nomen marinam et ipsius et Deae naturam indicare videtur [8]). Res denique maximi momenti est, quod qui sacra Dianae Ephesiae instituisse dicuntur, ii omnes marinam quandam naturam prae se ferunt; quam significationem et in Hippus nomine, quae apud Callimachum prima sacra Dianae fecisse traditur, animadvertere mihi visus sum [9]), et in Creso autochthone, qui una cum Caystri filio, Epheso, templi Dianae conditor appellatur apud Pausaniam [10]). Cresi enim nomen fontium et aquae potius notionem continere censeo [11]), quam ad Cretenses spectare; cui

---

5) Ibid. ἐν λειμῶνι. In maris autem ora ludos factos esse ἐκ τῶν πλήσιον ἁλοπηγίων apparet. 6) Pausan. VIII, 53, 2. Cf. II, 35, 2. 7) Ἱρὰ καὶ Ἀρτέμιδος πηγαὶ ναμάτων καὶ νάπαι καὶ ἀνθηροὶ λειμῶνες. Maxim. Tyrius or. XXXVIII. 8) a. Clymene Oceani et Thetyos filia Theog. 351. 507 ss. — Virg. Georg. IV, 345. — b. Nerei et Doridis filia Iliad. XVIII, 47. — c. Nympha denique est, quae Parthenopaeo Promachum peperit Apoll. I, 9, 13. — III, 7, 2. (Sed et ad inferos nomen illud saepissime spectat.) 9) Dian. v. 239. Τέλεσεν δέ τοι ἱερὸν Ἱππώ. — Hippo, quae apud Callimachum Amazonis dicitur, alias Oceani et Thetyos filia est Theog. 351. In ἵππῳ enim maris et undarum notionem latere, res notissima est. Stackelberg Ap. Temp. p. 139. — Forchhammer Hellen. I, p. 115 ss. — Gerhard Auserlesene Vasengem. p. 41. 42, n. 41—48. — Panofka Ortsnamen p. 11. 10) Κρῆσος δὲ αὐτόχθων καὶ Ἔφεσος . . . οὗτοι τὸ ἱερόν εἰσιν οἱ ἱδρυσάμενοι. Paus. VII, 2, 7. 11) Κρῆσος enim vox, sive ad κρήνη, sive ad aliam originem recurrendum sit, a ῥέω sine dubio derivanda est, praefixa littera κ, quod et in Κρόνος factum est. — Cf. montis Κρησίου nomen, qui propter fontium abundantiam ita appellatus videtur. Paus. VIII, 44, 7.

rei vel id obest, quod autochthon ille appellatur. Quare delenda sunt, quae supra de Cretensibus conjeci c. II, §. 1, n. 16—18. Fabulis autem de Caystro, cujus filius Ephesus Dianae templum condidit [12]), cuique Ascalone Derceto nupsit et Semiramin genuit [13]), similitudinem quandam inter marinam istam Assyriorum Deam [14]) atque Dianam Ephesiam denotari recte jam animadvertit Creuzer [15]). Cf. §. 7, n. 4.

§. 5.

III. Ad attributa nostrae Deae exponenda transitum faciamus fabula illa, qua, quum piscem et aprum locum urbis condendae indicasse memoriae traditum sit [1]), utrumque Dianae Ephesiae sacrum fuisse facile perspicitur. Quippe notissimum est urbium ponendarum loca eorum potissimum numinum aut symbolis, aut sacris animalibus indicari in fabulis, quae prae caeteris Diis postea ibi culta fuerint [2]). Piscem autem, qui, tamquam maris et aquae symbolum [3]), quam apte cum Dianae nostrae natura conveniat (qualem nos posuimus), facile intelligitur, alibi quoque Dianae sacrum invenimus, ut illos qui in fonte Arethusa erant [4]), et saepissime tam-

12) Paus. l. l. 13) Lex. Gudian. s. v. *Καΰστριος.* 14) Voss. Theolog. Gent. VII, 10, 176. I, 23. 15) Symb. II, p. 114, qua de re cf. §. 13, n. VII.

1) Oraculum enim, quo loco urbem ponerent rogatum, Ephesiis respondit *ἡ ἂν ἰχθὺς δείξῃ καὶ ὗς ἄγριος ἐφηγήσηται· λέγεται οὖν, ὅπου νῦν ἡ κρήνη ἐστὶν Ὕπέλαιος καλουμένη καὶ ὁ ἱερὸς λιμὴν, ἁλιέας ἀριστοποιεῖσθαι καὶ τῶν ἰχθύων τινὰ ἀποθορόντα σὺν ἀνθρακίᾳ ἐσπεσεῖν εἰς φορυτὸν καὶ ἁφθῆναι ὑπ᾽ αὐτοῦ λόχμην, ἐν ᾗ ἔτυχεν ὗς ἄγριος ὤν.* Aper autem igne excitatus multum per montes cucurrit ibique sagittis vulneratus concidit, ubi nunc Minervae templum est. Creoph. ap. Athen. VII, 361, a—d. 2) Sic Thebarum locum bos indicavit, taurus Cretae, cett. Cf. Olear. ad Philostr. Imag. II, p. 793. 3) Quare Neptuno saepissime tribuitur. Gerhard Vaseng. I, p. 47. 48. — In numis Lampsacenis Sestini Stateri ant T. VI, 2 p. 62, n. 11—16. 18—20. 4) Diodor. Sic. V, 3.

quam symbolum huic Deae, quae vel ipsa sub Delphiniae nomine colebatur [5]), additum; sic enim et Dianae Arethusae caput in numis piscibus circumdatum conspicitur [6]), et Potamiam quoque Dianam in numis Syriacis [7]), *Σώτειραν* in numis Cyzicenis [8]) et Clazomeniis pisces comitantur [9]). — Eadem fere res in Diana illa Eurynome, quam Arcades Phigalienses colebant, apparet, quippe quae, supra mulier, inferiore corporis parte piscis fuerit [10]), et in Diana Dictynna, quam, tamquam si ipsa piscis fuisset, piscatores retibus e mari produxisse narrantur [11]).

Accedit, quam supra jam notavimus, Dianae nostrae cum Atergati similitudo, cui et ipsi piscis sacer fuit [12]); num vero, quod traditur: pisces in universum a Lydis sacros habitos esse, huc referri possit, pro certo affirmare non ausim [13]).

Quod vero ad aprum attinet, quem, tamquam Dianae sacrum, numi Ephesii plurimi exhibent [14]), et ipse per totam fere Graeciam huic Deae sacer habitus est [15]).

Mullus quoque Dianae sacer Voss. Theol. Gent. II, 29, p. 228. 5) Athenis Pollux VIII, 10, 119. — Gerh. l. l. 6) Mionn. Descr. pl. LXVII, 4. 7) Mueller Arch. 364, 7 p. 529. 8) Sestini Stater. I, 4. 15. 21—28. III, 1—10 (cf. IV, 16—22. 27—28 p. 52. — V, 1—21). Proserpina ibi appellatur, sed cf. Muell. p. 528, 2. 9) Sestin. ib. p. 77. VII, 4—6 ss. 10) *Εἰκὼν γυναικὸς τὰ ἄχρι τῶν γλουτῶν, τὸ ἀπὸ τούτου δέ ἐστιν ἰχθὺς* Paus. VIII, 41, 4—6. 11) Anton. Liber XL. — Diodor. V, 76 caet. mitto. Cf. §. 2. 12) Voss. Theol. Gent. VII, 10 p. 176. 13) Varro de Re Rust. III cap. extr. — Voss. IV, 51 p. 98. 14) Androclus aprum aggrediens Mionn. IV, 369. 458. Suppl. VI, 587; apri spolia gerens ib. III, 457. — Aper solus Mionn. III, 340; sagitta vulneratus 375. 397. — Hercules, vel fortasse Androclus sub Herculis specie, cum apro S. VI, 536. 15) Pausan. I, 27, 9. — V, 10, 9. — Dianae Patrenses *ὗς ἀγρίους καὶ ἐλάφους* immolarunt VII, 18, 12 (cf. Callim. Dian. 166). Numi Apolloniae (Aetolicae) una facie Dianam, altera aprum habent. Panofka Ortsn. p. 37. III, 30. Cf. III, 21. — Diana, quae et *συοκτόνος* appellata est, cum apro Mus. Chiaramonti tav. XVIII. — Gerh. p.

Idem in cervo animadvertere licet, qui, quum in ipsa Graecia Dianae saepissime sit tributus et in Arcadia potissimum, ubi lucis symbolum fuisse videtur, magna veneratione gavisus [16]), Ephesi quoque inter praecipua Deae symbola referri debet [17]). — Accedebat quoque peculiaris quaedam ratio, cur cervo et apro tamquam Deae symbolis Ephesii usi fuissent. Hisce enim animalibus tota circa Ephesum regio et nemora imprimis urbi adjacentia abundarunt, quod etiam sua aetate observavit Cl. Tournefort [18]).

Antiquissimum autem et celeberrimum Dianae Ephesiae, ideoque Ephesiorum, symbolum apis erat [19]), quam ut in universum apud Graecos pro symbolo usitatam fuisse [20]) vel sola sacerdotum appellatio docet (cf. §. 9),

---

95 Vas. 16) Plut. Qu. Gr. XXXIX. — Cf. fabulas de Telepho heroë Arcadico Paus. VIII, 48, 7. Cf. VIII, 10, 10. 17, 4. 22, 9. 17) Liban. Or. CCCXXXII, T. II, p. 665 (ap. Eckh. II, p. 517). *Ἐφεσίοις δὲ καὶ τὸ νόμισμα τὴν ἔλαφον ἔφερεν.* — Diana cervum excipiens Mionn. S. VI, 400; sedens in cervo ib. 441. — Cervus stans ad dextram versus prope palmam Mionn. III, 174—192. Cervorum capita duo n. 159. — In cistophoris 211 ss. — Diana inter duos cervos 258. — Caeteros transeo. 18) III, p. 389: „Nous n'y trouvâmes, que des cerfs et des sangliers". 19) In antiquissimis Ephesiorum numis cum quadrato incuso omnibus apis est, *EΦ* tantum adscripto Mionn. III, 154. 155, *EΦEΣION* n. 152. 156—158. — Sestini descr. p. 327. — Omisso quadrato 160—173 et praeterea in omnibus fere nostrae civitatis numis. Delineatos invenies ap. Creuz. tab. ad Symb. III, 5. — Mionn. Suppl. VI, T. III, 5. — Menetrej. saep. — Olearius ad Philostr. II, 8 p. 823 apem in numis Ephesiis ex fabula illa deducit, qua apes classem Ionum duxisse narrabantur; quum e contrario multo sit veri similius ipsam hanc narrationem inde natam esse, quod Ephesus — *βασίλεια Ἰώνων* — api symbolo usa fuerit. 20) „Unschuldige reine Nahrung" Creuzer p. 183 (Schol. Pind. Pyth. IV, 106). — „Die Biene ist wohl ursprünglich nur ein Symbol der Nahrung; der Begriff der Reinlichkeit kann hinzugetreten sein" Muell. p. 388. — Ipsa Luna *μέλισσα* appellata est Porphyr. Antr. Nymph. c. XIX.

magni quoque in religione Arcadica momenti fuisse ex Aristaeo apparet, Arcadiae magistro [21]), qui mellis usum dicitur invenisse [22]), et ex numo quodam communium Arcadum, qui apem exhibet [23]). — Quod symbolum quum in universum ad Cererem spectare videatur [24]), ape terrestrem Dianae Ephesiae naturam indicatam censeo; ad marinam autem Deae indolem haec referenda sunt. Cancer inprimis, cujus signum e collo Dianae suspensum, etiam in extrema simulacrorum parte appictum intueri licet [25]), et quem in aureo isto numo prope Dianae caput agnoscere mihi visus sum. Cancer enim, quem ne pro signo coelesti accipiamus, plurimis urbium maritimarum numis docemur, cancri symbolo insignitis [26]), simplicissimum maris atque aquae symbolum erat; quare Neptuno saepissime tribuitur [27]), ac, marinae ejus indolis ratione habita, vel ipsi quoque Dianae [28]). Nec non equo, in quo sedentem numi Ephesini Dianam exhibent [29]) marinam Deae naturam denotatam censeo; quod quum supra jam expo-

---

21) Aristaeum Arcadibus potissimum cultum fuisse Pausanias testatur (VIII, 2, 4) et Servius (ad Georg. I. „Apud Arcadas pro Jove colitur"). Cf. Schol. Apoll. Rhod. II, 500 *Ζεὺς Ἀρισταῖος καὶ Ἀπόλλων*. Pind. Pyth. IX, 64, 65. — Unde Virgilius (Georg. IV, 283) „Arcadii memoranda inventa magistri". 22) Invenit et apes „reparare" ex animalibus mortuis Serv. l. l. — Res narratur apud Antigon. Caryst. 23) *ΑΡΚΑΔΩΝ ΔΗΜΟC*. Menetr. Stat. III, 3. 24) Cereris enim sacerdotes primae *μελίσσαι* appellatae sunt: *καὶ τὰς Δήμητρος ἱερείας — μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν*. Porphyr. c. XVII. — Cf. Serv. Aen. I, 434, ubi Ceres Melissam quandam mysteria sua docet, ex qua apes postea nascuntur. Cf. supra n. 20. 25) Menetrej. p. 81. — Boissard. Topogr. Rom. IV, 118. — Causaeus Mus. Roman. I, sect. 2, tab. XVIII, p. 63. 64. — Creuzer p. 181. 26) Bellermann Phön. Münzen II, p. 17. 27) In numis Astaci, urbis Bythyniae. Panofka Ortsn. I, 22—24, p. 15. 28) Pagurus, cancrorum genus (Plin. IX, 51), Dianae sacer erat Voss. Theol. Gent. IX, 25 p. 264, et apud Dianam Siculam cancer invenitur. 29) Mionn. Suppl. VI, 435.

situm sit (cf. §. 3, n. 15—18. §. 4, n. 9), id tantum adjiciam equum saepissime Dianae sacrum habitum esse [30]); in primis autem Pheraeae, quam in equo sedentem numi exhibent [31]), et Siculae, quae quadrigam ducit in numis Syracusanis [32]).

Accedunt denique, quae in hunc sensum explicari possint, Deorum maritimorum signa in statuis Dianae Ephesiae [33]), Hippopotamus et Oceanus, quem utrumque numi Ephesini habent [34]). — Cumulatam vero symbolorum multitudinem, quam nonnisi in recentissimis Deae simulacris intueri licet, et quod ad primariam numinis naturam cognoscendam nihil prorsus faciunt [35]), et quod tam magna in iis explicandis opera jam posita est [36]), iterum ac vel tertium interpretari supersedeo. —

§. 6.

De litteris Ephesiis, quippe quae tot Viris Doctis uberrimam dicendi materiem jam praebuerint [1]), libenter

---

30) „Diese Artemis Potamia war, wie alle Wassergottheiten, auch Rossegöttin" Muell. Arch. §. 363, 7. 31) Eckhel. D. N. II, p. 147. 32) Muell. l. l. p. 529 (etiam in Selinusiis). 33) Caylus Mém. d. litt. XX, p. 437. — Cf. statuas apud Menetrejum et quae in nostro Museo Berolinensi asservatur. 34) Alter est Mionn. Suppl. VI, 433, alter ibid. n. 477. 35) Muell. p. 388. 36) In universum de iis dixerunt Menetrejus et Creuzer p. 177—182 ss. — De verubus, quae vix symbolica fuisse opinor, epistolam scripsit Holstenius (Menetreji libro adjectam). — De modio, calatho, polo, qui in capite Dianae conspiciuntur, egregie Gerhard Prodrom. p. 24. 25, n. 47. 48. 48*. — Multifarias bestias, in quibus singulis explicandis magnum et a Menetrejo et a Creuzero studium positum est, Diana Ephesia aut manu et bracchio gestat aut in pallio appictas habet, quod et venatrix est (cf. §. 7. extr.) et omnium ferarum nutrix atque conservatrix (cf. Muell. Dor. l. l.).

1) Cuper Marm. Ant. exposit. p. 270. — Beza ad Act. Apost. c. XIX. — Bulenger adv. Magos II, 17—47. — Alberty ad Hesych. s. v. γράμματα Ἐφέσια. — Lobek Aglaophamus p. 1194 et epimetrum I ad Samothr. p. 1330. — Runis nigris Scandinavicis (Swart-runer) comparantur apud Magnum Beeth Templ. Dian. Eph.

equidem exponere omisissem, nisi arctissimo quodam vinculo cum Dea nostra connexae fuisse mihi viderentur. Nam et in stephane, zona, pedibus denique scriptae fuisse traduntur [2]), et symbolorum eas locum habuisse recte jam observavit Androcydes Pythagoricus [3]). Inter quas voces [4]) cum „annum, lucem, tenebras, solem et veritatem" [5]), de quibus infra dicetur §. 8, I), tum etiam, quod magis ad nostram, quatenus hucusque exposuimus sententiam de Dea Ephesia comprobandam faciunt, „terram" invenimus [6]) et „aquam" [7]). — Dactylorum autem Idaeorum, qui litterarum inventores feruntur [8]), quorumque praeter Damnameneum aliorum quoque nomina inter voces illas adscripta fuisse valde verisimile est [9]), in Hercule quoque, valde Ephesiis culto (cf. §. 13, I) agnoscenda sunt vestigia. Hunc enim pro Dactylo Idaeo [10]) Ephesi accipiendum esse V. D. jamjam monuerunt [11]). —

---

p. 31. 32. — Alios mitto. 2) Eustath. Odyss. XIV, p. 1864 *φωναί τινες ἦσαν ἐπὶ τῆς στεφάνης καὶ τῆς ζώνης καὶ τῶν ποδῶν τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος αἰνιγματώδως γεγραμμέναι.* 3) Ap. Clement. Alexandr. Strom. V, 8. Tom. II, p. 672, 16 (Oxon. Pott.) *συμβόλων ἔχειν φησὶ τάξιν.* 4) *Φωναὶ* sunt apud Eustathium, quas voces monogrammatis scriptas fuisse censeo; quare *γράμματα* dictae sunt. 5) *Ἄσκιον* (*σκότος*), *κατάσκιον* (*φῶς*), *τετρὰξ* (*ἐνιαυτὸς*), *Δαμναμένευς δὲ ἥλιος, αἴσιον δὲ ἀληθές. Ταῦτα οὖν ἱερά ἐστι καὶ ἅγια.* Hesych. s. v. Clem. Alex. l. l. Explicationem invenies apud Albert. ad Hesych. 6) *Τὸ δὲ Λὶξ· γῆ* Clemens Alex. l. l. Cf. Hesych. s. v. *Λὶξ· γῆ.* 7) Apud Hesychium enim erat *Αἴξ*, quod e Clem. Alex. in *Λὶξ* mutavit Lamb. Bos. — In *αἴξ* autem maris atque undarum significationem symbolicam latere ipsi veteres affirmarunt. Apoll. Rhod. I, 831. — Phavorinus s. v. *Αἴγες* — Tzetzes ad Lycophr. 135. — Cf. Forchham. Hell. I. Quid igitur, si, et *αἴξ* et *λὶξ* retentis, terram et aquam inter voces Ephesias relatas fuisse censeamus, quas quum ab aliis aliter traditas sciamus, hac saltem ex parte nostra sententia nullam praebet difficultatem; ceterum autem admodum dubia est. 8) Clement. Alex. Strom. I, 15. pag. 360, 18. 9) Lobek Aglaoph. l. l. n. 1 10) Dactylus Idaeus Hercules est in Arcadia Paus. VIII, 31, 3. *Ἡρακλῆς παρὰ τῇ Δήμητρι . . . τοῦτον . . . εἶναι τῶν Ἰδαίων καλουμένων Δακτύλων Ὀνομάκριτός φησιν ἐν τοῖς ἔπεσι.* 11) Muell. p.

Notum praeterea est litteras Ephesias, vel pronunciatas [12], vel si quis scriptas secum gestaret [13]), pro omnium malorum tutela habitas fuisse [14]). Quare et Croesus eas in rogo pronuntiasse dicitur [15]), et luctator quidam Ephesius antagonistam earum auxilio saepissime vicisse; ademtis autem ter narratur succubuisse [16]).

§. 7.

IV. Antequam denique ad nomen Dianae Ephesiae [1]) explicandum accedamus, in universum notandum est, Graecos, quum in Asiam transirent, non solum ipsa numina, sed etiam nomina eorum in novas sedes secum deportasse; quod v. c. e Diana Munychia apparet, e Cerere Eleusinia et Thesmophoro, Apolline Pythio, aliis, quorum nomina cum ipso cultu Athenis, vel si qua alia colonorum patria fuisset, non solum Ephesum translata sunt (cf. §. 12, n. II. V. — §. 8, n. I. —), sed in omnes fere colonias vulgata. — Quae quum ita sint, nostrae

389. — Creuzer. — Eadem fere officia quae Dianae Ephesiae (cf. §. 13, n. I.), Cereri Mycalessiae tamquam aedituus praebet Paus. IX, 19, 5. — Gerhard Prodr. p. 47, n. 14. 15. 12) Diogenian Prov. IV, 78 (Schott.) *ἐπῳδαὶ . . . . ἃς οἱ φωνοῦντες ἐνίκων ἐν παντί.* — Plut. Symp. LXXV Magi *τοὺς δαιμονιζομένους κελεύουσι τὰ Ἐφέσια γράμματα λέγειν.* 13) Appendix. Vatic. Cent. X, 95. — Proverb. Metrica (ibid.) L. — Anaxilas apud Athen. XII, 548c *ἐν σκυταρίοις ῥαπτοῖσι φέρων Ἐφεσήια γράμματα καλά.* 14) *Δι᾽ ὧν τινες ἐκ μεγάλων κινδύνων ἐσώθησαν* Eustath. l. l. — Cf. Diogen. Suidam, Etymol. Magnum, Plutarchum ll. supra ll. 15) Etym. Mgn. — Suidas. 16) Suidas et Eustathius, ubi et *ἀλεξιφάρμακα* appellantur et *φωναὶ ἀντιπάθειαν φυσικὴν ἔχουσαι.*

1) Vulgaris vocis forma *Ἐφεσία* est. Quae praeterea invenitur *Ἐφεσεῖα* (Soph. Alex. frgm. ap. Steph. Thes.), ut de festis *Ἐφεσήια* (Athen. l. l.) et *Ἐφεσήια* (in numo Ephesio urnae palaestricae inscriptum ap. Spanh. Del. v. 1.) ex noto Asiaticorum usu orta est, qui $\bar{\iota}$ in $\overline{\epsilon\iota}$ mutare solebant (cf. *τείμη* = *τίμη*). Sic etiam in inscr. Chia *Ἀρτέμιδι Ἐφεσείῃ* ap. Boeckh. C. I. II, n. 2228. De antiquiore vocis forma cf. infra extr.

quoque Deae nomen in patria ejus Arcadia inveniri atque inde Ephesum delatum esse, nihil mirabimur. —

Colebatur enim Diana Ephesia Aleae, antiquissimo Arcadiae oppido [2]), quem cultum ne posterioribus tantum temporibus, propter magnam fortasse Dianae Ephesiae gloriam, huc delatum censeamus et universa religionis Arcadiae ratio vetat [3]), et consociatio illa, qua Dianam Ephesiam cum antiquissimo fere atque sanctissimo Arcadum numine, Minerva Alea compositam videmus [4]). Megalopoli porro Diana Ephesia una cum Pane, summo fere ac primario Arcadiae deo [5]), colebatur [6]); unde, quod cum antiquissimis et celeberrimis Arcadiae Diis consociata fuerit, et ipsam inter antiquiora et primaria hujus terrae numina referendam esse facile apparet [7]). — Per se igitur concidunt omnes eae etymologiae, quibus Dianae Ephesiae nomen aut ab urbe Ephoso derivatur [8]), aut ab heroë vel heroina [9]). E contrario, quae in mythis Ephesinis personae inveniuntur, Ephesi nomine ap-

---

2) Pausan. VIII, 23, 1. 3) Hanc enim, ab omnibus mutationibus intactam, antiquissimam speciem diutissime servasse scimus ac retinuisse. 4) Paus. l. l. Koner de reb. Tegeat. p. 28—30. — De Minerva Alea cf. Gerh. Prodr. p. 140 ss., qui quum marinam Minervae Aleae naturam ostenderit, vel haec duorum numinum consociatio iis argumentis addi possit, quae §. 4 attulimus. 5) Paus. VIII, 26, 2 et passim in toto libro VIII. — Virg. Ecl. XI, 26. 6) Paus. VIII, 30, 6. 7) Ex Arcadia Dianae Ephesiae cultum in Messeniam deductum censeo Paus. IV, 31, 7. 8 (et in Achajam, Sicyone enim culta est Paus. II, 7, 6; item Corinthum, ubi eodem modo, quo Sicyone, cum Baccho culta erat Paus. II, 2, 5); quamvis aliam ejus rei ibi afferat rationem Pausanias. Cf. Leo Allat. ad Phil. Byz. VIII, p. 89. 8) Qua in re multo nimium momentum posuit Mueller p. 373. Cf. Lexic. — Urbem autem ipsam ab ἐφέσει illa i. e. permissione, qua Hercules urbis locum Amazonibus concessisse fertur, appellatam censet Heracl. Pont. frgm. XXIII. Et. Magn. Quo sensu et ἄφεσις propositum est a Baumgarten Hist. univ. VI, p. 232, n. 238, et Ephesum ἀντὶ τοῦ Ἄφεσον dictum affirmat Eustath. schol. ad Dionys. Perieg. l. l. 9) Cf. Lexicogr. et §. 13, n. VII.

pellatae, ex ipsius Deae cognomine ortae sunt [10]), quod et in Callistone observare licet [11]), Iphigenia [12]), Upi [13]), Elaphio [14]), Aristaeo [15]), Actaeone [16]), Agamemnone [17]), Trophonio [18]), Aleo [19]), qui quum omnes fere Diis Dianae, Jovi, Minervae nomina dedisse crederentur, ex horum potius cognominibus ipsi orti sunt.

Eadem quoque ratione urbs Ephesus a Dea appellata est, cujus rei ne nimis multa exempla afferam, paucas tantum urbes, quas ex Deorum cognominibus appellatas esse constat, memorasse satius erit; quales sunt Athenae, Alea [20]), Zea [21]), Cupra [22]), Tritaea [23]), Terina [24]), Colias [25]), Potniae [26]), Thespiae [27]). Ne vero hoc mihi objicias simpliciorem *τοῦ* „*'Εφέσου*“ formam esse, quam „*'Εφεσίας*“, neque igitur Ephesum ab Ephesia posse deduci, ejusmodi quoque exempla afferri possunt; ita enim Cythera a Venere Cytheria appellata est [28]), De-

10) In universum Schwenck Andeutungen p. 16. 17. 11) Paus. VIII, 3, 6. 35, 8. Cf. Mueller. Dor. I, p. 372. 12) Diana Iphigenia Paus. II, 35, 1. — Schwenck p. 203. 13) Upin Dianam Ephesiam appellatam esse ab Upi nutrice refert Schol. Callim. Dian. 204. 14) Aqua Diana Elaphiaea appellata dicitur Paus. II, 22, 11. 15) Aristaeus et heros et Jupiter et Apollo. Schol. Apoll. Rhod. II, 500. Cf. §. 5, n. 21. 16) Paus. X, 30, 5. 17, 3. pass. De Jove Actaeo Mueller Orchom. p. 248. 17) Jupiter Agamemnon Spartae cultus est. Potter ad Lycophr. v. 335. 18) Paus. IX, 11, 1. 37, 5. — Jupiter Trophonius Mueller Orchom. p. 152. 19) Paus. VIII, 23, 1 (cf. 4, 8. 5, 3. 9, 6 cett.). 20) Stephan. Byz. s. v. Paus. l. l. 21) Portus Athenarum, cujus nomen a Zea, Hecates cognomine, deducit Hesych. s. v.; aliter Panofka Zusammenhang gr. Ortsnamen mit Göttern. Act. Acad. Berol. 1840. p. 6. 22) Urbs a Tyrrhenis condita, qui Junonem colebant Cupram Plin. III, 13. Strab. V, p. 241. 23) Panofka p. 25. 24) Urbs Bruttii (Plin. III, 10) a Venere *τερείνη* Pan. p. 30. 25) Promontorium orae Atticae a Venere Coliade Paus. I, 1, 5. 26) Oppidum Boeotiae Pausan. IX, 8, 1. a Potniis Deabus, Cerere et Proserpina, quae et Potniades sunt (ibid.) Mueller Orch. p. 125. 27) Paus. IX, 26, 6. a Musis *Θεσπιάδεσσιν*. 28) Paus. III, 23, 1. — I, 14, 7. — Venus *Κυθέρεια* (Et. Mgn.) et *Κυθηριάς* Pan. p. 30.

lus ab Apolline Delio [29]), Clarus a Clario [30]). Accedit, quod, comparatis et Jovis Ephesi (§. 12, n. VIII, n. 48) et Ephesi heroïs et heroïnae praecipue Ephesi (§. 13, n. VII) nominibus, veri non dissimile redditur primarium Deae nomen Ἔφεσον fuisse, quod postea, lingua ipsa magis exculta, in „Ἐφεσία“, sensu non mutato, abierit [31]). Quibus satis superque probatum censeo, quo jure Ephesum urbem a Diana Ephesia appellatam esse pronuntiemus.

Quibus etymologiis remotis in ea acquiescendum opinor, qua a verbo ἐφιέναι Ephesiae nomen derivatur [32]); ita ut jaciens illa Dea sit [33]), sive simpliciter id de Dea venatrice accipere velis, quod optime sane cum ea, quam nos Dianae Ephesiae posuimus natura convenit et vel ex ipsa religione Arcadica probari potest [34]), sive occultiorem quendam sensum, eumque symbolicum in Jacientis nomine latere censeas, ut de radiis lunae jaciendi actio intelligatur, telorum instar a coelo demissis [35]); uti solis quoque radii Apollinis telis designantur [36]).

---

29) Pan. p. 34. 30) Pan. p. 35. — De Thermis (Plin. III, 14. Pausan. II, 34, 6. 11) a Cerere Thermasia appellatis (Pan. ib. p. 17) admodum dubitari potest. 31) Quae sane sententia propter linguam remotissimorum istorum temporum nequaquam cognitam certis argumentis neque probari potest, neque impugnari. 32) Eadem formatio videtur, qua ab ἐνιέναι ἐνεσία derivatur apud Hesych. s. v. 33) Sic nude rem proposuit Schwenck Andeut. p. 224 „Ephesos, so genannt von der schiefsenden Jungfrau, ἐφεσία (welches abzuleiten von ἐφίημι)“. Jaciendi autem sensum revera habet τὸ ἐφιέναι et adjecto βέλος (Il. I, 51 cett.), et simpliciter dictum (Plut. Pompej. LXXI; ita accipitur ap. Henric. Steph. Thes. Ling. Gr. [ed. Dindorf.] v. ἐφιέναι); ut etiam ἔφεσις de jactu usurpatur ap. Platonem Legg. IV, p. 717, A. 34) In universum Dianam Deam Venatricem esse, vix monendum est; in Arcadia autem tamquam venatrix Ἀρτ. ἀγροτέρα colitur Paus. VIII, 32, 4 et sub Atalantes venatricis nomine ibid. VIII, 35, 10. 45, 2 cett. — Muell. Orchom. p. 124. 35) Schwenck p. 201 de Apolline: „von den sinnbildlichen Pfeilen ward er Jäger und Bogenschütze, wie seine Schwester Artemis von den Mondstrahlen

Quicumque autem jaciendi sensus symbolicus fuit, nos in Dea consistamus Venatrice, qualem nostram Dianam fuisse, quum ex ferarum circa Ephesum abundantia et ex comparatione cultus Dianae Ephesiae, quem in Elide condidit Xenophon [37]), conjicere liceat, et fabulae Ephesinae comprobant [38]), et numi Ephesiorum quam plurimi [39]). —

§. 8.

Hucusque igitur exposita primaria (quae nobis certe videretur) Dianae Ephesiae notione, jam superest, ut de reliqua ejus natura quaeramus, an vel analogia quaedam, vel cognatio ejus cum aliis numinibus appareat. Quod quum in omnibus Diis fieri soleat, neque ulla prorsus sint numina, quae non cum aliis interiori quadam similitudine et cognatione connexa fuerint, idem in nostra quoque Diana locum habere, nemo, opinor, mirabitur.

I. Ac primum quidem luminis et lunae notiones, quum arctissime conjunctae sint cum notione Dianae §. secunda a nobis exposita [1]), etiam in Dea nostra appa-

---

Jägerin". 36) Schwenck l. l. Ceterum res longe notior, quam ut multis hic probetur. 37) Cf. §. 3, n. 1. Paus. V, 6, 5 *ἐν Σκιλλοῦντι* lucus et templum Dianae Ephesiae. *Παρέχεται δὲ ὁ Σκιλλοῦς καὶ ἄγρας θηρίων, ὑῶν τε ἀγρίων καὶ ἐλάφων.* 38) Ut venatio apri §. 5, n. 14—18. — Venatrix aeque est in mytho de Rhodopi, nympha Ephesia, quam *σύνθηρον ἐποιήσατο, καὶ τὰ πλεῖστα κοινὰ αὐτοῖς ἦν θηράματα.* Achill. Tat. VIII, 12 p. 706. 39) Diana Venatrix bestiam manu gerens est ap. Mionn. III, n. 243—249. 251. 299. 306. 353. Cervum lacerans Supplem. VI, n. 400. Pharetram in humero gestat in numo aureo. — Cf. Mueller Denkm. alt. Kunst. II, 16, 170.

1) „Aber auch an und für sich — kann Artemis auf die Geltung einer Mondgöttin für alle jene Zeiten und Orte Anspruch machen, in denen Göttinnen wie die Arkadische, Brauronische, Ortygische Berg- und Flußgöttin, wie die Taurische Orthia — ja selbst die Ephesische und alle die ihr verwandten Erd- und Mond-

rent; ad lunam quidem et lacuum Selenusiorum et Selenuntium fluminum nomina diserte spectant; lucis autem in universum notionem indicare videntur Caystrus (*καίω, καύω*) et Phyrites amnis (*πυρίτης*). Certiora sunt et Lunae nomen, Dianae Ephesiae, licet recentiori aetate, diserte inditum [2]), et Deae symbola nonnulla sive attributa, — sol et luna [3]), stella [4]), fax ardens [5]), gallus gallinaceus [6]), — quae, ut litterarum Ephesiarum nonnullae (cf. §. 6, n. 5), lunae ac luminis notionem nostram Deam habuisse sat aperte indicant [7]). — Cf. §. 12, IV, n. 26. 27.

II. Jam igitur exposita ea ratione, qua et in coelo et in terra Dianae Ephesiae numen praesens sit cogitatum, restat tertium, ut, quatenus ad inferos Dea spectet, diligentius inquiramus. Hanc enim triplicem Dianae naturam, quae in universum quidem notissima est [8]), in Ephesia quoque veteres posuisse, anaglyphum docet Ephesinum, quod triplicem istam Dianam, eamque notissimis symbolis comprobatam exhibet [9]). — Quemadmodum igitur magnam inter Cererem et nostram Dianam intercessisse vidimus similitudinem [10]), quam prae ceteris secu-

göttinnen — der griechischen Artemis entsprechend gefunden wurden". Gerhard Auserl. Vasengem. I, p. 94. 95, n. 102. — Schwenck p. 218. 2) „Lunae Ephesiae templum" in vetustissimis Trebellii Pollionis libris est ed. Salm. (Script. Hist. Aug. p. 178, a, I), qui ita ad hunc locum: „Quod erratum librarii non esse manifesto perspicuum est. Lunam igitur vocavit Dianam." cett. 3) Mionn. III, 215. 361. Spanhem diss. IX, p. 641. 4) Ibid. 399. 400. 5) E. gr. Suppl. VI, 769. In cistophoris III, 272—274 ss. 6) Mionn. III, n. Gallum autem lucis symbolum fuisse multa docent. Etym. Magn. et Hesych. s. v. *Ἀλεκτρυών*. — Creuzer Symb. 7) Diana Munychia, quae Pygelae colebatur Dea lunae est Schwenck p. 224. Curtius de port. Athen. p. 26 s. — Hanc potissimum rationem secuti pro Lunae tantum Dea Dianam Ephesiam habuerunt Mueller Dor. l. l. et Schwenck Andeut. p. 224 ss. 8) „Artemis, deren Dreifaltigkeit — in Bezug auf Himmel, Erde und Unterwelt zu den erwiesensten Sätzen griechischer Dogmatik gehört" Panofka Ortsn. p. 37. — Gerhard Prodr. p. 29, n. 67. — Schwenck p. 218-223. 9) Spon et Wheler I, p. 246. 10) Nec

tus, Cybelem-Rheam nostram Deam fuisse affirmavit Ill. Stuhr [11]); multo major ea videtur, quae inter Dianam et Proserpinam est [12]). Pro hac enim inferorum Dea Ephesiam habitam fuisse et ex Coressi montis nomine apparet [13]) et ex apii sacrificio Ephesi usitato [14]), quod in inferorum tantum cultu adhibitum fuisse scimus [15]). Eoque fortasse referri possit Dianae nostrae cum Nemesi, inferorum aliqua sane ex parte Dea, cognatio [16]) et Hecate in ipso templo Dianae Ephesiae culta (cf. §. 12, n. IX. c. IV, p. II, §. 1, n. 42—44); hanc enim pro

non Ceres ipsa magnam cum Diana habet similitudinem; Upis enim appellatur (Hesych. s. v.) et ἐν Ἕλει (Pausan. VIII, 36, 6) et *Λουσία* est (ibid. 25, 6). Ita quoque accipienda sunt certamina juvenum Ephesiorum cum tauris, quod pugnarum genus nonnisi in terrae numinum honorem celebrabatur, ut in Dearum Eleusiniarum §. 12, IV, n. 26. 27.

11) System. der Mythol. II, pag. 240 ss. Gerhard Prodrom. 129, 33 „Ephesische Erdmutter".

12) In universum haec similitudo sat nota; Diana enim, ut Proserpina, Cereris filia dicitur Pausan. VIII, 37, 6. — Creuzer IV, 187 ss.

13) Quem a *κόρῃ* appellatum tradit Steph. Byz. s. v.

14) Etym. Magn. s. v. *Δαιτίς*. — Cf. §. 4, n. 4 ss. p. 72. — Sal in hoc sacrificio *καθαρμοῦ* tantum causa adhibitum censeo. Cf. notissimum illud *ἅλαδε μύσται* in Eleusiniis (Hesych. s. v.). Eustath. Il. I, 314. ali. — Gallus quoque, qui in numis Ephesinis conspicitur (Mionn. III, 215, a), quemque paullo supra pro lucis symbolo accepimus (cf. n. 6) Diis inferis sacer erat iisque mactabatur cf. Gerh. Prodr. 138, 70.

15) Apium — defunctorum epulis feralibus dicatum esse Plin. XX, 44. — Apio victores in Isthmiis coronabantur (Pind. Isthm. II, 16), quae ad defunctorum cultum spectare videntur Inus et Palaemonis. Wachsmuth Hell. Alt. II, 2, 187.

16) Gerh. Prodr. 131, 35 „Rhamnusische Naturgöttin, eine Artemis". Ib. 106, 166. — Welcker ad Schwenck p. 261. — Matrem Nemesis habet Noctem Paus. VII, 5. 3. Cf. §. 12, n. I, n. 5. 6. — Accedit Upis cognomentum, utrique commune, §. I, n. 9. Cf. Muell. Arch. 364, 6 p. 527. „Artemis Upis, eine Opfer und Sühnlieder fordernde Gottheit, welche durch die Geberde der Nemesis bezeichnet wird" et p. 529, 6. — Haemoniae autem cognomentum, Dianae Ephesiae inditum, eadem ratione intellexerim, qua urbis nomen Haemoniam supra accepi c. II, §, 1, n. 8.

Proserpina antiquitus habitam fuisse, egregie exposuit Gerhard [17]).

In universum autem hanc Dianae Ephesiae cum Proserpina similitudinem recte jam animadvertit Stieglitz [18]).

III. Pro Ilithyia denique sive Lucina [19]) Dianam Ephesiam a veteribus habitam esse, multa sane vestigia indicant [20]); neque tamen tanta haec similitudo est, ex qua primariam Dianae Ephesiae notionem eandem fuisse, ac Lucinae concludi possit; quod credidit Boettiger [21]) et, qui eum secutus videtur, Richter [22]).

IV. Inter peregrina numina, praeter Dianam Pergaeam [23]), summam cum nostra Dea similitudinem praebet Diana Leucophryne, quae et Leucophry, oppido Phrygiae, colebatur [24]) et Magnesiae ad Maeandrum [25]). Hujus enim Deae et forma eadem erat, quae Dianae Ephesiae [26]) et, quatenus quidem cognosci potest, cultus quo-

17) Prodrom. 88—90, n. 97. 18) Archaeol. Unterhalt. II, p. 193: „Auch bei der grofsen Göttin von Ephesus findet die Vereinigung beider Göttinnen (Dianae et Proserpinae) Statt". 19) Lucinae etiam cum Latona (Schwenck p. 70) et Hecate (Plut. Qu. Rom. XCX) arcta quaedam cognatio, ejusque notio et in pristina illa Dea Arcadica latet, ut quae ferarum et infantium nutrix fuerit atque conservatrix (Mueller. l. l.). 20) Plut. Alex. VII. — Cicero Nat. Deor. II, 27. — Apulejus Metam. X, p. 754 (ed. Oudendorp): „Seu Phoebi soror, quae partu foetarum medelis lenientibus recreato, populos tantos educasti praeclarisque nunc veneraris delubris Ephesi". — Huc fortasse spectant infantes prope Dianam Ephesiam in numis Mionn. III, 361. 21) Ilithyia oder die Hexe p. 16 et per totum librum. Contra hunc jure Gerhard Prodrom. p. 16, n. 83. 22) Grundrifs d. Mythol. p. 133. Eum autem librum, in quo fusius hanc sententiam exposuit Richter, „Phantasien des Alterthums", adire mihi non licuit. 23) Componuntur ap. Artem. Onir. II, 35. — Pergaeae templum asyli jure donatum Str. XIV. — Cic. Verr. L. II, or. VI, c. 20. — Cf. Muell. Arch. p. 530. 24) Xenoph. Hell. III, 2, 19. 25) Vitr. VII, pr. — III, 1. — Tac. Ann. III, 61. Cf. Paus. I, 26, 4. — Plut. Them. 29. — Thuc. I, 138. — Paus. III, 18, 9. 26) Cf. numum apud Panofka Ortsn. tab. IV, n. 2.

que idem [27]); eamque Ephesο et Leucophryn et Magnesiam deductam esse, fabula Ephesina mihi indicare videtur, in qua Leucophryne — nympha apud nonnullos et sacerdos Dianae Leucophrynae [28]) — Ephesia appellatur [29]). —

V. Nostram autem Dianam alibi saepissime cultam fuisse ex numis multarum civitatium sequitur, Deae Ephesiae simulacro insignitis. „Habemus enim“, inquit Van Dalen [30]), „Dianam Ephesiam in numis Clariorum, Hierapolitarum ([31]), Phaneorum in Syria ([32]), Pergaeorum (cf. n. 23), Prusaeorum, Hypaeporum ([33]), Amphipolitarum, Clazomeniorum ([34]); praeter hos Gortyniorum in Creta ([35]), Cyzicenorum ([36]), Samiorum ([37]), Apameensium ([38]), plurimque praeter hos aliorum“, quorum equidem novi Mitylenaeos [39]), Raphaneotas [40]), Camenos [41]), Massilienses [42]).

Haec erant, quae de Dianae Ephesiae notione ejus-

---

27) Leucophry v. g. templum ad lacum situm erat. Xen. l. l. 28) Theodoret. Serm. VIII, p. 598, a. 29) Hermesianax Leontius apud Parthen. Narr. erott. V. 30) Dissert. de antiquitt. IV, p. 310. 31) Foedus Hieropolitarum et Ephesiorum in numis est Mionn. III, 309. — Spon et Wheler I, p. 438. 32) Cf. Muell. Arch. §. 364, 2 p. 530. 33) Quam pro Diana Ephesia habuit Van Dalen, ea pro Junone potius accipienda est. Mueller Denkm. d. alt. Kunst ad I, 2, 9. — Panofka Ortsn. p. 26. 34) Fortasse propter communem Clazomeniorum et Ephesiorum generis originem cf. c. II, §. 2, n. 13. 35) Spanhem. dissert. IX, p. 567. 36) Cf. Spon I, p. 411 „sur une lampe de Miletopole“ — urbis haud procul a Cyzico sitae — *„Ἄρτεμις Ἐφεσίων ..... Μειλητοπολείτων“*. 37) Et haec quoque Juno videtur Muell. I, 2, 8. 38) Foedus Apameensium est et Ephesiorum Mionn. III, 443. 39) Spanhem. IX, p. 648. 40) Diana cum verubus in numo hujus urbis est *ΡΑΦΑΝΕΩΤΩΝ* ap. Harduin. Plin. Tom. I, tab. IV, p. 262. Cf. Muell. p. 530. 41) Millingen Sylloge pl. V, n. 5, p. 68 (Lond. 1831) Diana Ephesia et Bacchus subscripto *ΚΑΜΗΝΩΝ* „the Ephesian Diana and Bacchus were also venerated by the Cameni“. 42) Spanh. l. l. p. 573. — Strab. p. 179. Cf. p. 159 s. 180. 184.

que cum aliis numinibus nexu dicenda nobis videbantur. Quibus, quam brevissime fieri potuit, ex omni parte absolutis, quum jam ad externas cultus rationes sit accedendum, restat, ut et de sacerdotibus dicamus, et, nonnullis de ipso cultu adjectis, de festis diebus ac ludis solennibus Dianae Ephesiae celebratis. De ipso autem templo, quatenus ad artem spectavit, in capitis quarti parte secunda dicemus §§. 1. 2.

§. 9.

Ut antiquissimis illis ad Caystrum sacris (§. 1.) virgines inserviisse scimus [1]), virgines, vel ipsius Deae castitate exigente, propriae Dianae Ephesiae sacerdotes semper manserunt (cf. infra n. 35—56). Quum tamen propter templi magnitudinem ac vel inter peregrinos auctoritatem neque rituum omnium cura, nec quae ad rem publicam quodammodo spectabant, munera sacerdotalia, ut redituum et pecuniarum depositarum administratio, foeminis permitti potuissent, viriles quoque Deae sacerdotes in cultu admittendi erant. Hisce vero una cum virginibus sacra administrantibus, quodsi et coeli temperiem, et morum in his regionibus dissolutionem spectamus, multae sane licentiae e perpetua ista communione ortae fuissent, et, ne a virginibus Deae cultus mox plane desereretur, valde timendum erat, nisi remedia, quibus istae coërcerentur, adhibita fuissent.

Quum vero e contrario summa cum cura ac severitate morum probitas atque castitas sacerdotum servarentur (cf. infra n. 44—50), aliter fieri vix potuit, quin viri ad munera sacerdotalia adhiberentur, qui viri revera non erant. Qui quum, ne foedo castrationis usu ipsi Graeci sese inquinarent, ex aliis terris [2]), ubi magis ista consuetudo accepta erat, collecti Ephesumque arcessiti fuerint,

1) Paus. VII, 2, 8. — Cf. §. 13, n. IV. 2) *Πανταχόθεν* ap. Strab. XIV, p. 614.

vix mirandum est in eorum nomine peregrinae originis vestigia apparere [3]). Megabyzi [4]), enim sive Megalobyzi [5]), nomine appellativo [6]) audiebant, quod quum saepissime apud Persas nobilibus inditum inveniamus [7]) ex Perside potissimum sacerdotes istos collectos esse vix dubitandum est [8]).

Sacerdotum summus atque princeps Essen erat, et Rex appellatus [9]) et Megabyzus [10]), quem et simpliciter *ἱερέα* [11]) et, quod legitimum ejus nomen fuisse videtur, *ἀρχιερέα* dictum invenimus [12]), ut munus ejus *ἀρχιερωσύνην* [13]). Cujus tanta erat auctoritas, ut, si quis reus theoriam ducenti obviam venerit et in universum

---

3) Temere Magnus Beeth Templ. D. Eph. p. 20 virgines sacerdotes — de his enim nomen falso intelligit — „propter demissas vestes *μεγαλοβύσσους*“ dictas censet. 4) Hesych. s. v. *Μεγαβύζιοι λόγοι.* — Aelian. V. Histor. II, 2 ibique Perizonius. 5) Strab. l. l. — Plaut. Bacch. II, 3, 74. 6) Taubmann. ad Plaut. l. l. p. 469, appellativum factum est ex proprio, quod apud Persas fuerat; Burmannus contra ad Quintil. V, 12 proprium fuisse censet, cui sententiae praeter multas alias rationes, qualis Strabonis auctoritas est, vel sola hujus nominis apud Ephesios frequentia repugnat. Megabyzus enim sacerdos est Heracliti temporibus (Ep. Her. ap. Diog. Laert.), Xenophontis Atheniensis (Exp. Cyr. V, 3, 6), Apellis et Alexandri Magni (Plin. XXXV, 10, 16), Philemonis (si quidem is auctor fabulae est, quam in Bacchidibus imitatus est Plautus. — Bacch. II, 3, 74. Cf. prolog. v. 36), Antonii (Appian. B. C. V, 9), Apollonii Tyanensis (Epist. II ap. Olear.), all. Cf. Carlo Dati V. d. Pitt. ant. 219—221. 7) Hemsterh. ad Lucian. I, p. 283. — Perizon. et Burmann. ad ll. cc. 8) Sed vera nominis origo altius repetenda videtur. Sanscritum enim est mahābāhu, solitum Deorum et heroum cognomentum, „longis bracchiis instructus“ (Glossar. Sanscrit. Haugthon p. 2242), quod ab Indis Persae accepisse videntur nobilibusque indidisse, unde postea nom. propr. factum est; ita ut illud verum Artaxerxis Longimani cognomentum fuisse valde verisimile sit. 9) Etym. M. s. v. *Ἐσσήν.* 10) Cf. quae laudavi ad n. 4—6. 11) Achill. Tat. VII, 16. — Eckh. D. N. II, 519. 12) Eckh. D. N. II, p. 513. — Mionn. III, n. 246. 248. — Suppl. VI, 306. 317. 324. — Boeckh C. I. n. 2955. 13) C. I. n. 2987 v. 7.

justitium consequeretur et decretae a judicibus poenae dilatatio [14]). Per quod tempus ipsi sacerdoti rei cura atque custodia permissa est [15]).

Theorias autem, quas et peregrinis ducere licuit quasque per legatos civitates universae instituisse videntur [16]), Essen sive Megabyzus ducebat lauro coronatus [17]), purpureis vestimentis indutus [18]) et ingenti denique *θεραπείᾳ* circumditus [19]).

Sacrificiorum cura Acritobatis, quorum munus *ἀρχὴ* appellatur, commissa erat [20]), eodemque munere functi videntur *ἐπιθυμίατροι*, quos in catalogo ministrorum sacris operantium relatos invenimus [21]). — Hestiatores [22]) vero, qui et ipsi Essenes appellabantur [23]), quosque latine haud incommode Epulones dixeris [24]), sacrorum conviviorum curam habuerunt [25]), quibus peculiaris quaedam in ipso templo cella destinata erat (*ἑστιατόριον*) [26]). Quare hestiatores in ipso templo habitasse videntur, vel sane in vicinia ejus vel *περιβόλῳ* [27]).

Praeter hos [28]) nominandi sunt *ἱεροκήρυκες* [29]), *σπονδαυλαί* [30]), *ἱεροσαλπιγκταί* [31]), *ναυβατοῦντες* [32]), *πρόπολοι*, quibus templi cura atque custodia commissa erat [33]), et *θεοπρόποι*, quibus theoriae [34]).

---

14) Achill. Tat. VII, 12 p. 614. 616. 15) Ib. VII, 16. — VIII, 18 p. 726. 16) Ut Byzantini ap. Achill. Tat. ll. cc. et VIII, 17. 17) Ib. VII, 12 p. 612. 18) Cf. Quintil. V, 12. 19) Aelian. II, 2. Cf. Plin. XXXV, 10, 16 et Crat. ap. Athen. VI, 248 A. 20) Hesych. s. v. 21) C. I. n. 2983. 22) *Ἱστιάτορες* ap. Paus. VIII, 13, 1. 29, 2. 23) *Καλουμένους δὲ ὑπὸ τῶν πολιτῶν ἐσσῆνας* ib. 24) Schoemann de Comit. p. 374. 25) Hesych. s. v. *ἑστιάτωρ*, quo spectat illud Apollonii *ἀλλ' ὑμεῖς ἑστιάτορες μὲν καὶ δαιτυμόνες οὐ μεμπτοί.* Epist. 65 ap. Olear. 26) Hesych. s. v. Cf. Philostr. Vit. Soph. II, 23. 27) Apollonii nempe epistola inscripta est *Ἐφεσίων τοῖς ἐν Ἀρτέμιδος* Cf. Olear. p. 404. 28) Myxus est ap. Muellerum. 29) C. I. n. 2983. 2982. 2990. 30) C. I. n. 2983. 31) C. I. n. 2983. 32) Cf. Boeckh C. I. ad n. 2955. 33) Achill. Tat. VII, 16 cf. Hesych. s. v. *νεωκόροι.* 34) Ach. Tat. VIII, 11 p. 702 cf. Hesych. s. v.

Certam autem sacrorum partem virgines sacerdotes administrabant, quas et propter summi Pontificis nomen [35], et propter multarum aliarum sacerdotum analogiam [36] Melissas appellatas fuisse censeo [37]. — Earum conditio hierodulia videtur fuisse [38]; ut enim homines sic etiam Dii servos suos habebant, qui multo majore, quam qui hominum erant, auctoritate gaudebant atque incolumitate [39]. Cujus conditionis origo, ut alibi saepius [40], Ephesi quoque a terrae occupatione et pristinorum incolarum deditione repetenda est. Invenit enim Androclus tales Deae ministras, antiquitus circa antiquissimum sacellum habitantes, quas, a bello ac persecutione omni servatas [41], valde verisimile est, postea in perpetuum Deae ministerium transiisse. — Earum autem numerus ea potissimum ratione auctus videtur, ut servae, dominorum injuriis lacessitae, ad ipsius Deae asylum confugerint, ibique, causam justam fuisse reperto, benigne receptae fuerint et in numerum *δούλων τῇ θεῷ* inscriptae [42]. Hanc vero hieroduliae conditionem, cujus graecam originem multa ejus in ipsa Graecia vestigia docent [43], quamque contra omnes calumnias [44] tuendam jamdudum

---

Θεωρoί. 35) Essen enim est dux apium. 36) Cf. §. 5, n. 24. — Callimach. H. in Apoll. v. 110. — Boeckh ad Pind. frgm. inc. XXVI. Explicat. p. 663. 37) Et Dianae alioquin sacerdotes *μελίσσας* appellatas fuisse illud Aristophanis docet Ran. 1273: *Εὐφαμεῖτε μελισσονόμοι Δόμον Ἀρτέμιδος πέλας οἴγειν*, ubi *μελίσσων*, Dianae sacerdotum, custodes intelligendi sunt. 38) Boeckh ap. Hirt. Hierod. p. 51. 39) Idem Staatsh. I, p. 76. 40) Boeckh ap. Hirt. l. l. 41) Pausan. VII, 2, 8. 42) Haec *καταφυγὴ* erat (Achill. Tat. VII, 16), quae postquam Megabyzo nuntiata est, is de ea ad archontes rettulit (Ibid. VII, 13 pag. 614). 43) Dianae hierodulae Chaeroneae inveniuntur; Bacchi Naupacti; Boeckh l. l. p. 49; Apollinis Delphici Boeckh p. 48; Nesiotae Chaliae (opp. Boeot.) Chandler Marm. Oxon. II, 29, 2. — Cf. Pausan. IV, 16, 9. — Hirt Hierod. p. 38—39. — Boeckh ib. p. 56: „das Hierodulenverhältnifs (war) in Griechenland ganz allgemein". 44) Zoëga Bassir. I, p. 112: „per quanto

Viri Doctissimi susceperunt [45]), Ephesi inprimis magna morum probitate atque castitate servatam fuisse ex diserta sacerdotum Ephesiarum cum Vestalibus Romanis comparatione concludi potest [46]) et vel inde apparet, quod de servarum virginitate graves quaestiones institutae erant. Una in antro Panis fiebat, in quo per syringis ibi suspensae sonitus, aut dulces, aut rudes, de servae, quam coram populo solemnibusque caerimoniis in antrum sacerdotes introduxerant, castitate judicium ferre ipse Pan putabatur [47]). Altera in fonte, de qua supra jam diximus, Stygos. Rea enim cum tabula quadam, in qua pudicitia per sacramentum affirmabatur, in collo suspensa, in aquam descendit; qua quiete manente, castitas; turbulenter vero undas, quibus ipsa tabula aspergeretur, movente, culpa probata est [48]). Hanc igitur *τὴν Ἀρτεμισιακὴν κρίσιν* fuisse censeo, quae in titulis Ephesinis memoratur [49]); ejusque analogia in Lavernae, infeferorum Deae, cultu cognosci potest [50]).

In tres classes sacerdotes [51]) divisae erant, quarum prima, *μελλιέραι*, ad sacra facienda instituebantur, altera, *ἱέραι*, sacra administrabant, tertia denique, *παριέραι*, juniores docebant [52]). Universas autem summae Sacerdoti paruisse ex formularum analogia apparet [53]). De muneribus autem harum sacerdotum nihil fere constat, nisi

casta fosse Diana, è da credersi, che le sue ierodule in Efeso ed altre città Greche ballerine piutosto erano, che Vestali". 45) Boeckh l. l. p. 55: „Es ist mit der Hierodulie nur der Begriff jungfräulicher Züchtigkeit zu vereinen mit männlichem Heldenmuthe"; ita ut eandem fere in cultu vim habuisse censeam hierodulas, quam in mythis nymphae habent, perpetuae Dianae et servae et comites. 46) Plut. An seni. 24. — Tschukke ad Pompon. Melam. De situ orbis I, 17. 47) Achill. Tat. VIII, 6. Cf. Boden p. 652 s. 48) Achill. Tat. VIII, 12. 49) C. I. n. 2954, B. 50) Macrob. Sat. V, 19. Gerh. Prodr. 110, 219. 51) *Ἱέραι* sunt C. I. n. 3303 et *ἱέρειαι τῆς Ἀρτέμιδος* ib. n. 3001 v. 4. 5. 3002. 3003. 52) Plut. An seni. 24 p. 795, B. (Wyttenb. IV, p. 192). 53) *Ἐπὶ .... ἱερατευούσης Κλαυδίας.* C. I. n. 2982.

quod Megabyzo in sacris rite peragendis opem tulerunt [54]), curam simulacri habuerunt [55]), mysteria denique administraruut [56]).

De reditibus quoque templo hoc loco dicetur aptissime. His enim sacerdotes alebantur eorumque administrationi praepositi erant. Qua in re exponenda inscriptione Ephesina valde adjuvamur, qua rationes continentur a sacerdotibus urbi redditae [57]). Publicum enim urbis aerarium in ipso templo erat et a sacerdotibus, si non administrabatur, servabatur tamen; publicae ibi pecuniae [58]) una cum iis, quae Deae debitae erant, deponebantur [59]); item senatu et scriba publico praesentibus [60]) inde sumebantur et quae in urbis administrationem operaque publica impendebantur [61]) et quae in cultum ac solennes caeremonias [62]). Quibus et ea pecunia annumeranda est, quae summo pontifici ad efficiendos pontificatus sumtus tradebatur [63]).

Redierunt autem templo pecuniae [64]) e lacubus Selenusiis [65]), ex haereditatibus [66]), ex praediis quibusdam

54) *Συνιερᾶσθαι δὲ τούτοις (Μεγαβύζοις) ἔχρην παρθένους* Strab. XIV, p. 641. 55) Unde *γένος ἱερειῶν καὶ κοσμητείρων* C. I. n. 3002. 3003. — Cf. Mueller Arch. §. 69, p. 48 et, quem laudat, Augustin. de Civ. D. VI, 10. 56) C. I. n. 3002 *ἱέρειαν — ἐκτελέσασαν τὰ μυστήρια κτλ.* 57) C. I. n. 2953, b. Ephesinam esse hanc inscriptionem multis argumentis probavit Boeckhius, quibus, si quid in nominibus quoque momenti positum est, Andronis nomen annumerari potest (v. 35), quem inter scriptores Ephesios infra referemus. Aliis missis, accedit mensis Caiamaeon, qui quanti momenti sit in inscriptione nostra Epheso adjudicanda infra apparebit ex §. 13, n. VIII. 58) V. 6 *τοῦτο δὲ ἀνέθεσαν εἰς Ἀρτεμίσιον ταμίαι κτλ.* 59) V. 8 *ὀφειλομένων χρημάτων τῇ θεῷ.* 60) V. 5 *παρούσης βουλῆς καὶ γραμματέως τοῦ τῆς πόλεως.* — Cf. v. 10. 61) V. 10 *ἐξείλομεν.* V. 11 *τοῦτο ἐδανείσαμεν τῇ πόλει.* 62) Huc referendum videtur v. 9. 63) C. I. n. 3987 v. 7 *τὰς ὑπὲρ τῆς ἀρχιερωσύνης μυριάδας*, ibique Boeckh. 64) *Ὀφειλόμενα τ. θ.* sunt v. 8; *ὁ πόρος* v. 41; *πρόσοδοι* ap. Str. p. 642. 65) Strab. l. l. 66) *Ἐκ τῶν κληρονομιῶν* v. 23. 24. Cf. v. 29—35.

sive vicis ad templum pertinentibus [67]), ex venditionibus denique [68]), aliisque, ut videtur, actionibus forensibus [69]).

Neque hae solae pecuniae erant, quae in templo servarentur. Nam propter magnam securitatem, quae, ut templi sanctitate, sic etiam summa Ephesiorum circa deposita probitate nitebatur [70]), permultos et indigenas et peregrinos, et privatos et reges, ac vel ipsas quoque civitates pecuniam ibi deposuisse constat [71]).

§. 10.

Cum iis, quae de sacerdotibus virginibus modo diximus, illud quoque arctissime cohaeret, aditum templi nonnisi virginibus et viris patuisse, liberis vero mulieribus et meretricibus plane interdictum fuisse [1]), quarum quae hanc legem violarint antiquioribus temporibus morte punitae dicuntur [2]).

Arma in templo, quippe supplicum Dea atque *ἱκεσία* Diana fuerit, gerere vetitum erat [3]); quare armatae saltationes apud Callimachum [4]) fictae prorsus videntur

---

67) *Τὸ ἐν Πανόρμῳ* v. 28. — Fortasse v. 25 *παρὰ τοῦ Ῥαμνων . . . . ἀντου χῶρον.* 68) *Τῶν τὰ ἔγγεια τέλη πριαμένων* v. 40. 69) E. g. v. 38 *τὸ ἐπιβαλλον αὐτοῖς τῆς ἐγγυήσεως.* 70) Ephesiorum in servandis divitiis probitatem summis laudibus tollit Dio Chrysostomus or. XXXI (Rhodiac.), ubi et publice de iis rationes redditas affirmat: *ἔθος αὐτὰ τοῖς Ἐφεσίοις ἀπογράφεσθαι* p. 535 ed. Reisk. 71) Dio Chrysost. l. l. *πολλὰ χρήματα τὰ μὲν ἰδιωτῶν ἀποκειμένα . . . . . οὐκ Ἐφεσίων μόνων ἀλλὰ καὶ ξένων — τὰ δὲ καὶ δήμων καὶ βασιλέων.* — Xenoph. Hellen. V, 3, 6 ss. Diog. Laert. Xenophon 7. — Cf. Buchholz Journal für Deutschland X, 3 (apud Hirt. Nachtr. p. 6) „In Asien war der Dianatempel zu Ephesus die berühmteste Bank“ — „dieser Tempel war also, was die Bank von London in unseren Zeiten ist.“

1) *Τὸ παλαιὸν ἄβατος ἦν (ὁ ναός) γυναιξὶν ἐλευθέραις, ἀνδράσι δὲ ἐπετέτραπτο καὶ παρθένοις* Achill. Tat. VII, 13. 2) Achill. Tat. l. l. — Artemidor. Onirocrit. IV, 4. — Artemidori, qui Hadriani aequalis erat, aetate usus ille jam dudum obsoletus erat et nonnisi e traditione cognitus. 3) Etym. Mgn. s. v. *Ἔφεσος.* 4) Hymn. Dian. v. 241 ss.

ex eruditione mythologica; neque tamen ullum in cultu locum habuisse ex diserta, quam modo attulimus contrarii mentione apparet; quamvis in universum tales saltationes haud rarae fuerint, multisque exemplis possint comprobari [5]). Ex eadem Deae Hicesiae natura sequebatur, neque oves, neque ullas sanguinolentas victimas Deae oblatas fuisse [6]); contra supplices, virentibus coronis ornati, fructus atque poma pro sacrificio in ara deposuerunt [7]). Praeterea apium Deae oblatum fuisse scimus, qua de re cf. §. 8, n. 14. 15.

Alia rituum pars in publicis videtur epulis constitisse, quibus praeter sacellum in monte Solmisso (cf. §. 13, V.) certam quandam templi partem destinatam fuisse vidimus; quae quam arcte antiquitus cum ipsa religione cohaeserint vel inde concludi potest, quod in ipsa jam cultus conditione eorum mentio fit, et ab iis Dianae cognomentum, quo *Δαιτὶς* dicebatur, originem traxisse traditur [8]). Quum vero simile quoddam *ἑστιατόριον* etiam Olympiae fuisse, ibique victorum in ludis Olympicis convivia celebrata fuisse sciamus [9]), eodem fine nostrum quoque *ἑστιατόριον* institutum esse propter festorum atque ludorum frequentiam veri haud dissimile est.

Quod vero diximus hicesiam nostram Deam fuisse, id ex asylo quoque apparet, quod a remotissimis inde temporibus cum templo conjunctum erat [10]). Quae vetusta asyli Ephesini origo fabulis mihi nonnullis expressa videtur, una, qua „Liberum patrem, bello victorem, sup-

5) Cf. Spanhem. ad Callimachi l. l. 6) Etym. Mgn. l. l. Antiquitus vero ejusmodi sacrificia, ut in omnibus fere sacris Pelasgicis, Ephesi quoque locum habuisse veri non dissimile est. Merae tamen fabulae sunt, quas de sacrificiis humanis Dianae Ephesiae, quae Massiliae colebatur (cf. §. 8, n. V extr.) oblatis profert Ruperti ad Silium Italicum XV, 170. Quod quae probent neque Silii Italici, neque, quem laudat, Lucani (Phars. III, 399 ss.) aut Strabonis denique loco (IV, 302) insunt. 7) *Τοὺς ἱκέτας μαλλοὺς προσφέρειν* Et. Mgn. l. l. 8) Ibid. et s. v. *Δαιτίς*. 9) Paus. V, 15, 12. 10) Paus. VII, 2.

plicibus Amazonum, quae aram insederant, ignovisse" ipsi Ephesii gloriabantur [11]); altera vero, qua Ephesum quendam, qui et urbi nomen indiderit, circa hanc regionem versatum omnes viatores benigne excepisse narrabant [12]).

Historicis autem temporibus asylum, quippe quod multum ad ipsius religionis et urbis florem conferret, et a Persis servatum et ab Alexandro ad stadii circuitum auctum invenimus, quod spatium ad jactum sagittae Mithridates definivit et, adjecta urbe, duplicavit Antonius [13]). Nimio tamen abusu paullatim irrepente [14]), asylum ab Augusto et postea iterum a Tiberio arctioribus quidem finibus ac lege severiore circumscriptum [15]), neque tamen unquam plane sublatum est. Quum enim sub Decio et Philippo Minore exstitisse asylum e numis probari possit [16]), usque ad ipsius templi ruinam (cf. c. IV, p. II, §. 1. extr.) jus illud honorificum aeque, ac lucro plenum retinuisse videntur Ephesii [17]).

De mysteriis, quae, ut in Curetum sacello (cf.

---

11) Tacit. Ann. III, 61. 12) Etym. Mgn. l. l. *ἀπὸ Ἐφέσου ἐκεῖσε καπηλεύοντος καὶ φιλοξενοῦντος τοὺς παριόντας καὶ πάντα λέγοντος πρὸς Ἔφεσον ςέλλεσθαι.* Quibus verbis frequens hominum Ephesum migrantium confluxus eorumque propter asylum benigna acceptio aperte indicata sunt. 13) Tacit. l. l. „neque Persarum ditione deminutum jus, post Macedonas, dein nos (Romanos) servavisse. — Strab. XIV, p. 641. 14) Cf. Joseph. Ant. Jud. XIV, 14. — Plutarch. de aer. al. vit. p. 828. — Apoll. Tyan. Ep. 65 (p. 404 Olear.) *μεμπτοὶ δὲ σύνοικοι τῇ θεῷ νύκτας τε καὶ ἡμέρας ἢ οὐκ ἂν ὁ κλέπτης τε καὶ λῃστὴς καὶ ἀνδραποδιστὴς καὶ πᾶς εἴτις ἄδικος ἢ ἱερόσυλος ἦν ὁρμώμενος αὐτόθεν.* 15) Tacit. ib. c. 63. 16) *Ἄρτεμις ΑΣΥΛΟΣ* in numo Decii (Mionn. III, 442) et Philippi (ibid. 482. — Suppl. VI, 728. 729. Cf. n. 356). 17) Quod quam pertinaciter retinuerint ex exemplo illo apparet, quod narrat Cicero (Verr. II, or. VI, c. 33) „Nuper, M. Aurelio Scauro postulante, quod is Ephesi se quaestorem vi prohibitum esse dicebat, quominus e fano Dianae servum suum, qui in illud asylum confugisset, abduceret, Pericles Ephesius, homo nobilissimus, Romam evocatus est". — Cujus Periclis nomen in numo Ephesino (autonomo) invenitur Mionn. III, 206.

§. 13, V), sic quoque in ipsius Dianae honorem celebrabantur [18]), quatenus quidem cum Proserpina aequaretur (cf. §. 8, II, 12 ss.) nihil fere constat, nisi quod propter larvarum usum [19]) magnam cum ritibus Bacchicis (cf. §. 12, n. XI) similitudinem habuerunt.

Ad singularem porro Dianae Ephesiae cultus naturam illud quoque pertinet quod simulacrum Deae certo tempore carpento a mulis tracto atque in templi speciem conformato per urbem vehebatur [20]), et in universum neopoeïa referenda est; nam et singuli templum Deae ornarunt, restaurarunt, amplificarunt [21]) et universis tribubus, muneris liturgici instar, certo quodam ordine haec cura imposita videtur [22]).

Quae quum omnia uno neocoratus nomine comprehensa fuissent, pauca jam de hoc titulo adjicienda nobis videntur. Hoc enim nomine antiquissimis jam temporibus dicarunt sese Dianae Ephesii atque hinc se pro *νεωκόροις* ipsius gessere urbemque suam *νεωκόρον* Dianae appellarunt [23]). Quod nomen, quum ab initio humile tantum fuisset [24]), postea tamen summo honori esse censebatur et tamquam titulus, quo et sanctitas numinis et urbium splendor atque auctoritas significaretur, summis civitatibus additum est.

Neocorarum autem praeterea urbium erat et templa exstruere et festos dies in Deorum et Augustorum hono-

---

18) *Ἱέρειαν τῆς Ἀρτέμιδος — ἐκτελέσασαν τὰ μυστήρια* C. I. n. 3002. 19) *Προσχήματα μὲν ἑαυτοῖς ἀπρεπῆ περιετίθεσαν, πρὸς δὲ τ' μὴ ἐπιγινώσκεσθαι προσωπείοις κατακαλύπτοντες τὰ ἑαυτῶν πρόσωπα.* Martyr. Syggraphe ap. Phot. Cod. 254, p. 468 B. 20) *Ἀπήνη ἱερά* Mionn. III, 328. 402. — Eckhel D. N. II, p. 517. — Cf. Callim. Dian. v. 111 ibique Spanh. et ad Lavacr. Pall. v. 3. 21) Index *νεωποιῶν* C. I. n. 2982. — Ibid. 2985 *νεωποιήσας στεφανωθεὶς ὑπὸ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου.* 22) C. I. n. 2956 a. *ΕΝ ΤΑΥΤΗ (ΤΗΙ ΦΥΛΗΙ) ΕΝΕΟΠΟΙΗΣΕΝ κτλ.* Cf. Herm. Ant. Gr. §. 161, p. 361. Tittm. 295—297. 23) V. Dal. dissert. IV, p. 330 ss. 24) Thom. Magister s. v. *νεωκόρος.* — Pollux Onomast. I, 1, 14 p. 11.

rem celebrare [25]), unde intelligitur, „cur, vel sub uno eodemque Imperatore, vel pluribus una imperantibus, urbes quandoque bis, quandoque ter, quin etiam aliquando quater neocorae factae fuerint" [26]). Quod si quis diligentius indagare velit et, quo ordine id factum sit, inquirere hanc titulorum Ephesiorum seriem ex numis desumtam et temporum ordine compositam adjicio.

Sub Nerone igitur Ephesii simpliciter neocori sunt (Mionn. III, 253), bis neocori sub Hadriano (III, 270 — 272. 281. S. VI, 387 — 389) [27]) Antonino Pio (III, 285. 286), M. Aurelio Antonino et L. Vero (307. 308. 314. VI, 428 — 435), sub Commodo (VI, 473), Septimio Severo (III, 333. 334) [28]) et Caracalla (III, 346 — 348). Ter vero neocori sunt in numis Juliae Domnae (III, 342) [29]), Caracallae et Getae (349 — 351. VI, 562) [30]), Plautillae (357), qui et quater neocoros exhibent (354). Sub Elagabalo et ter sunt (III, 378) et quater (379. 380. 383); sub Alexandro Severo bis (393) et quater (394); ter sub Maximino (III, 406. 407) [31]), Philippis (428. 431), Decio (435). In numis Decii etiam quater sunt (436); ut et Valeriani et Gallieni numi ter neocoros Ephesios exhibent (448) [32]), et quater (451).

25) Rasche Lex. Num. III, 1, pag. 1194 et quos ibi laudat. 26) Van Dal. p. 336. 352. 27) „Quod Dianae et Hadriani, vel Hadriani et Sabinae duplicem agerent neocoratum" V. Dal. p. 338. 28) Sub Severo quater neocori sunt apud Raschium, „quoniam tres Augusti, Severus nempe cum filiis Caracalla et Geta et una Augusta Julia Domna tunc temporis simul exstiterint, vel forte quod ter neocori essent Augustorum — et insuper Dianae"; quod ultimum probo. 29) „Severi, Juliae Domnae et Dianae" Van Dal. p. 343. 30) „Bis sunt neocori, Caracallae et Dianae" ibid. p. 338. 351. 31) Ter et simpliciter neocori ap. Van Dal. p. 345. 32) Saloninae numi simpliciter et bis neocoros exhibent ap. Van Dal. p. 350.

§. 11.

Inter frequentes, quibus Ephesus inclaruit ludos festos [1]) eos hoc loco priores spectemus, qui, ad ipsius Dianae religionem pertinentes, in hujus honorem celebrabantur [2]). Quae festa, et **Ephesia** [3]) et **Artemisia** [4]) et **Oecumenica** dicta [5]), duplici certamine peragebantur, gymnico et musico [6]). In altero locum habuerunt stadium virorum [7]), pugilatus [8]) pugnae cum tauris (cf. §. 12, IV, n. 26), et, ut praemia agonistis proposita, statuas quoque victoribus erectas fuisse scimus [9]).

Quod ad musicam ludorum partem attinet, choros juvenum et puellarum [10]) universae, quae Ephesum convenerunt civitates ornarunt [11]), et victores sive corona sive alio quodam praemio e publico aerario honoratos invenimus [12]). Tempus ludorum in mensem Artemisionem incidit [13]), qui totus Deae ejusque festis celebrandis sacratus erat [14]). Recentioribus temporibus in noctem

---

1) Unde Ephesiorum, qui Olympiis victoriam reportarunt, multitudo intelligitur. Cf. Paus. VI, 3, 13. — 4, 1. — 4, 5. — Krause Olymp. p. 216. — Theagenes I, 1, 2 p. 179 et qui ibi laudantur Cass. Dio LXVI, 9. — Falcon. Inscr. Athl. 2318. 2) Meurs. Graec. Fer. III, p. 120 s. 3) Thuc. III, 104 ibique Schol. — Poll. Onom. I, 37. — Hesych. s. v. — *ΕΦΕΣΗΑ* in numo Gallieni ap. Spanh. Call. Del. v. 1. — *Ἐφέσεια* Albert. ad Hesych. pro *Ἐφέσια* corrigit. 4) C. I. n. 2954 v. 20. 21. 5) Quod nomen in numis valde frequens est. 6) *Ἀγὼν ἐν Ἐφέσῳ ἐπιφανής* (Hes.) *καὶ γυμνικὸς καὶ μουσικός* (Thuc.). 7) C. I. n. 2999. Sed nescio, num potius ad Olympia Ephesi celebrata id referendum sit, an ad Ephesia. Ad haec sane rettulit Boeckhius ad l. l. 8) C. I. n. 3002. Cf. not. 7. 9) *Καὶ τὰ θέματα τοῖς ἀγωνισταῖς αὐξήσαντα καὶ ἀνδριάντας τῶν νικησάντων ἀναστήσαντα* C. I. n. 2954. 10) *Ἔδει δὲ πομπεύειν πάσας τὰς ἐπιχωρίους παρθένους κεκοσμημένας πολυτελῶς καὶ τοὺς ἐφήβους* Xenoph. Ephes. I, 2. 11) *Καὶ χοροὺς ἀνῆγον αἱ πόλεις* Thuc. l. l., quod ut de Deliis, sic quoque de Ephesiis intelligendum est. 12) C. I. n. 2053, b. v. 9. 13) C. I. n. 2954 v. 10—21 unde *ἡ ἱερομηνία* ibid. et Achill. Tat. VI, 4 p. 514. 14) *Ὅλον τὸν μῆνα τὸν ἐπώνυμον τοῦ θείου ὀνόματος εἶναι*

usque solemnitates productae sunt [15]), nec non cum effrenata quadam licentia peractae [16]).

Summum autem horum ludorum momentum in eo positum erat, quod non ab Ephesiis solis, sed ab universis Ionibus celebrabantur, qui, cum uxoribus et liberis constituto tempore Ephesum convenientes, rerum divinarum cura habita, de communi quoque rerum publicarum statu ac vel etiam de bellis contra barbaros gerendis consilia capessebant [17]); quod quum in Panioniis quoque factum sit [18]), vix aliud discrimen inter Ephesia et Panionia intercessisse verisimile est, nisi quod Panionia ob Ionicarum civitatium tantum foedus instituta fuerint, in Ephesiis vero, licet religionis tantum causa institutis, crescente et cultus et urbis auctoritate, maximaque hominum frequentia huc conveniente, mox de rebus publicis quoque actum sit.

Quare foedus illud *κοινὸν Ἀσίας Ἐφεσίων* appellabatur [19]) et templum Dianae *ὁ τῆς Ἀσίας ναός* [20]) et Ephesii principatu non verbis tantum, sed vel ipsis legibus honorati sunt. Ephesus enim Prima Asiae dicebatur [21]), Ephesii Primi [22]), Soli Primi [23]) et Maximi [24]), et inter omnes totius provinciae metropoles

---

ἱερὸν καὶ ἀνακεῖσθαι τῇ θεῷ, ἄγεσθαι δὲ ἐπ' αὐταῖς (τοῦ μηνὸς ἡμέραις) τὰς ἑορτὰς καὶ τὴν τῶν Ἀρτεμισίων πανήγυριν C. I. l. l. 15) Unde *παννυχίδες* ap. Tatium, *καὶ δι' ὅλης νυκτὸς τὴν ἀγορὰν ἅπασαν κατεῖχε πλῆθος ἀνθρώπων* ibid. 16) *Μαρτυρικὴ συγγραφή* l. l. 17) Thuc. l. l. et imprimis Dionys. Halic. IV, 25 (p. 702. Reisk.) *θεωρήσαντες δὲ καὶ ἀλλήλων λαβόντες (οἱ Ἴωνες ἐν Ἐφέσῳ) εἴ τι πρόσκρουσμα πρὸς πόλιν ἐγεγόνει, δικασταὶ καθεζόμενοι διῄτων, καὶ περὶ τοῦ πρὸς βαρβάρους πολέμου καὶ περὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους ὁμοφροσύνης κοινὰς ἐποιοῦντο βουλάς.* — Obiter Hüllm. p. 172. 18) Strab. XIV, 639. Cf. VIII, 384. — Tittmann. p. 668 s. — Rasche Lex. Num. s. v. — all. 19) Mionn. III, 284. S. VI, 291. 20) C. I. n. 2963. 21) *Ἐφεσίων πόλις πρωτεύουσα τῆς Ἀσίας* Joseph. Antt. Jud. XIV, 10, 11. — Arist. Conc. p. 712. — Philostr. Vit. Apoll. VIII, 7, 9 p. 339. 22) *Ἐφέσιοι πρῶτοι* Mionn. III, n. 311 ss. 337. 371—373. 390. 412. 437. 438. 444. 447. all. 23) *Μόνοι πρῶτοι* Mionn. III, n. 365-367. 380. 24) *Μέγιστοι* Mionn.

Ephesum pro prima habitam fuisse, lex quaedam docet apud Ulpianum [25]): „Quaedam provinciae etiam hoc habent, ut per mare in eas Proconsul veniat, ut Asia scilicet; usque adeo, ut Imperator noster Antoninus Augustus ad desideria Asianorum rescripserit, Proconsuli necessitatem impositam per mare Asiam applicare *καὶ τῶν μητροπόλεων Ἔφεσον* primam attingere". Paullo ante enim dixerat „In ingressu etiam hoc eum observare oportet, ut per eam partem provinciam ingrediatur, per quam ingredi moris est, et, quas Graeci *ἐπιδημίας* appellant, sive *κατάπλουν* observare, in quam primum civitatem veniat vel applicet". Quod confirmant Ephesiorum numi [26]), navis symbolo ornati, adscripto *Ο Α ΚΑΤΑΠΛΟΥΣ*.

Hic quoque Ephesiorum principatus [27]) causa fuisse videtur, cur a tot civitatibus iisque splendidissimis foedus cum nostra urbe expeteretur. Foedera enim Ephesiorum novimus cum Smyrnaeis (Mionn. III, 289), Cyzicenis (n. 298), Hierapolitis (309. 414), Sardianis (316. 356. 462. S. VI, 482), Trallianis (III, 325), Milesiis (Spon. Voy. p. 439), Pergamenis (Mionn. III, 289. 414. Cf. Aristid. or. de Concord.), Antiochenis ad Maeandrum (Spon. p. 440), Apameensibus (Mionn. III, n. 443), Laodicensibus (ibid. n. 324. 461), Alexandrinis Aegypti (ib. 414. 415. 419. 421) et Atheniensibus (Spanhem. ad Callim. H. in Cer. v. 135).

---

ib n. 378—383. C. I. n. 2963. 25) L. IV, §. 5. De officio Procons. Digg. I, XVI. 26) Mionn. III, n. 429 saep. Eckhel D. N. II, p. 518. Spanhem. Diss. IX, p. 609—618. 27) In universum de Ephesiorum principatu sive primatu cf. Van Dalen Diss. IV, p. 327. Spanhem. Diss. IX, p. 639—645.

DE RELIQUIS DIIS ATQUE HEROIBUS EPHESIIS.

§. 12.

Absolutis, quae et de interna Dianae Ephesiae natura atque notione et de externis ejus cultus rationibus dicenda erant, jam necessarium videtur, ut de iis quoque numinibus paullo amplius disseramus, quae una cum Diana, summa ac primaria hujus civitatis Dea, ab Ephesiis colebantur. Hoc enim et ipsum illud consilium exigit, quod ineuntes de rebus sacris Ephesiorum dicturi eramus, et praeterea alia quaedam ratio postulat: ut ex comparatis istis numinibus, quae mere Graeca fuisse infra apparebit, nostrae sententiae adjumentum quoddam afferatur, qua et ipsam Dianam Deam mere Graecam neque ex peregrinis terris aut sacris Ephesum deductam fuisse hucusque demonstravimus. Qua in re eo majus momentum nobis ponendum est, quo plures V. D. talem sententiam affirmarunt (cf. §. 8, n. 7. 11. §. 13, n. IV, extr.), et quod hisce refutandis ac refellendis peculiarem curam impendere nostro consilio plane alienum videbatur.

I. LATONA.

Latona praeter templum in Ortygia (cf. c. IV, p. II, §. 3) aram in Coresso sacratam habuit, quo loco Dianam enixa diceebatur [1]). Hoc enim apud se factum esse Ephesii gloriabantur multisque argumentis evincere studebant, quae vel fabulis nitebantur [2]), vel etiam cum ipsorum locorum natura cohaerebant [3]); ita ut eam

1) Steph. Byz. s. v. *Κορησσὸς οὗ νῦν βωμὸς αὐτῆς*. 2) Cf. Etym. Mgn. s. v. *Κηρύκειον*. 3) „Esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, ubi Latonam, partu gravidam, et oleae, quae tum etiam maneat, adnisam, edidisse ea numina“. Tac. Ann. III, 61. — *Ἐλαία* ap. Strab. Cf. c. I, §. 4, n. 20.

narrationem, qua Apollo et Diana Delo geniti ferebantur, tamquam nimis vulgarem prorsus rejicerent [4]).

Reconditiorem autem Latonae naturam atque notionem, qua noctis quasi atque tenebrarum sub terra occultarum Deam se praebet [5]), si quis recte perspexerit, illum vix effugerit similitudo quaedam atque interioris cognationis nexus, qui inter Latonam et Noctem intercessit. Hanc vero Ephesi cultam et ab antiquissimis inde temporibus cum ipsa Dea Ephesia compositam fuisse, vel inde colligi potest, quod statua ejus, Rhoeci opus, in ipso Artemisio dicata erat [6]).

Latona in numis conspicitur, Appollinem et Dianam in ulnis gestans [7]); et ad eam spectat, quae in plurimis numis exhibetur palma, semper fere Latonae tributa [8]).

II. APOLLO.

Apollinem Ephesii et Pythium venerabantur, cujus templum ad portum situm erat [9]), et Gypaeum, cujus ara in Lysso monte [10]). Gypaei cognomentum, quod Apollini tributum nusquam praeterea invenitur, ex symbolica accipitris significatione intelligitur, qui, quum pro lucis symbolo habitus sit [11]), ut Jovi [12]), sic Apollini quoque optime tribuitur.

---

4) „Non, ut vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos" Tac. l. l. 5) Eustath. Il. I, p, 22. — 989, 52. — Odyss. p. 722; fortasse Sophocl. Trach. v. 95. — Mueller Dor. I, p. 310. — Gerhard Auserl. Vasengem. I, p. 95. 6) Pausan. VIII, 38, 6. 7) Mionn. Suppl. VI, 714. 8) Mionn. III, n. 174—192. — Menetrej. II, 5. III, 6. — Cf. Gerhard Auserl. Vasengem. I, p. 70, n. 73. 9) Creophylus ap. Athen. VIII, 361. 10) Apollo per accipitres pastorem quendam Ephesium in caverna montis Lyssi inclusum et a socio proditum, periculo liberavit *ὁ δὲ διασωθεὶς βωμὸν ἐπ᾽ ἄκρας τῆς κορυφῆς τοῦ ὅρους Ἀπόλλωνος εἵσατο, Γυπαιέως εἰς μνημεῖον τῶν συνενεχθέντων ὀνομάσας* Conon Narr. XXXV. 11) Plut. Qu. Rom. XCIII. — Horapollo Hieroglyph. I, 11 (ed. Amstelod. 1835). 12) Jupiter sub accipitris

Praeterea autem Apollo Embasius veneratione Ephesi gaudebat [13]), quem si pro navium atque navigationis fautore accipimus, cum Diana Munychia componere possumus, quae et ipsa in Ephesia colebatur [14]). Narratur denique Apollo Ephesi in luco Ortygia post interfectos Cyclopas Jovis iram vitavisse [15]). — In numis nudum lauroque coronatum expresserunt [16]) et secundum anni mensem de eo Apellaeum nominarunt Ephesii [17]).

III. PAN.

Panem ea tantum ratione hoc loco referendum censui, quod, quum ex Arcadia et colonos Ephesios in Asiam transiisse et Dianam nostram huc delatam fuisse supra probatum fuerit, facile quis miretur, Panis sacra, qui summus fere atque antiquissimus Arcadiae Deus fuerit [18]), ab Ephesiis plane neglecta fuisse. Diversa autem regionis Ephesinae natura, quamvis tantam, quantam in Arcadia, venerationem Deus ille apud Ephesios obtinere nequaquam potuerit, cultus tamen ejus vestigia Ephesi non omnino desunt. Syringa enim, nympham Ephesiam [19]), amasse narratur, eamque in arundinem mutatam tanto vel tum quoque amore complexus fuisse, ut, ne tactu aut osculis virginis mutatae careret, calamos junxerit et in

forma Thaliam, Hersaei filiam compressit Homil. Clem. V, 13. — Tischbein Vasengem. II, 26 (Muell. D. A. K. II, 3, 47) ubi, quamvis *ΘΑΛΙΑ* adscriptum sit, Jovem Aeginam rapientem agnoscere sibi visus est Muellerus. 13) Eckhel D. N. II, 516 *Ἀπόλλων Ἐμβάσιος Ἐφεσίων.* Cf. Apollon. Rhod. Argon. I, 1186. — Paus. II, 32, 2. 14) Diana Munychia (in portu Athenarum culta Paus. I, 1, 4) Pygelae templum habuit in urbe Ephesiae. Strab. p. 639. 15) Tacit. Ann. I. l. 16) Mionn. III, 205; cum Diana conjunctus est ib. 451. 17) Collectanea hist. de vita Aristidis p. XCIII (ap. Dindorf.). 18) Paus. VIII, 24, 4. 26, 2. 36, 7. 37, 11. 38, 5. 54, 4. 19) Syrinx proprie nympha Arcadica erat Ovid. Met. I, 690.

syringis formam composuerit; cujus usum ipse Deus invenisse tradebatur [20]). Servabatur illa syrinx in usum, quem supra descripsimus §. 9, n. 47; ipsi autem Pani antrum quoddam pone templum, in quo syrinx suspensa, more Arcadico [21]), sacratum erat [22]).

IV. NEPTUNUS.

N e p t u n o, praeter ea, quae communinm Ionum conventus in Panionio celebrabat festa, peculiarem quoque venerationem tribuebant Ephesii.

Templum enim Neptuni Ephesi erat, in cujus stoa forum rerum venalium habebatur [23]), et T a u r i a ei festa celebrabantur [24]), ad quae referendum est, quod tradit Amerias, juvenes Ephesios, qui in Neptuni festis vinum ministrabant, t a u r o s appellatos fuisse [25]).

Illud vero, quod Artemidorus Ephesius narrat [26]), in quibusdam festis juvenes Ephesios cum tauris pugnasse, in Dianae potius, quam in Neptuni honorem factum videtur. Terrae enim et lunae numina ejusmodi pugnis celebrare mos erat [27]). — Sed ut jam ad Neptuuum redeamus, et in numis Ephesinis solito habitu hunc Deum exhibitum esse notandum est [28]) et mensem Ephesiorum P o s i d e o n e m fuisse [29]).

20) Pausan. VIII, 31, 3. 36, 8. 38, 11. 21) Porphyr. de antro Nymph. c. 20. 22) Achill. Tat. VIII, 6. 23) C. I. n. 3028 ibique Boeckh. 24) Meurs. Gr. Fer. VI, 260. — Hes. *Ταύρεια ἑορτή τις ἀγομένη Ποσειδῶνι.* 25) Amerias ap. Athen. X, 425, C. — Hesych. *Ταῦροι οἱ παρὰ Ἐφεσίοις οἰνοχόοι* et quem laudat Meursius l. l. Eustath. Il. *Υ. παρὰ Ἐφεσίοις οἱ ἐν τῇ τοῦ Ποσειδῶνος ἑορτῇ οἰνοχοοῦντες ἠΐθεοι Ταῦροι ἐκαλοῦντο.* 26) Onirocrit. II, 35. *Ταύροις δ' ἔτι κατὰ προαίρεσιν ἐν Ἰωνίᾳ παῖδες Ἐφεσίων ἀγωνίζονται καὶ ἐν Ἀττικῇ παρὰ ταῖς Θεαῖς ἐν Ἐλευσῖνι.* Cf. Reiske ib. p. 112. Hard. ad Plin. H. N. VIII, 70. 27) Stackelberg Apoll. Temp. p. 66. 28) Mionn. Suppl. VI, 416 Neptunus tridentem gestans, uno, ut solet, pede scopulo innixus. 29) C. I. n. 3028 *ποιήσουσι δὲ τὴν εὐωχίαν μηνὸς Ποσειδεῶνος.* — Corsini

V. CERES.

Cereris Eleusiniae sacra cum ipsa colonia Ephesum Athenis translata videntur, quippe quorum administratio inter privilegia ista fuerit, quae, ipso imperio sublato, Androcli posteris concessa supra vidimus (cf. c. II, §. 10). Praeter Eleusinia autem Thesmophoria a mulieribus Ephesiis celebrata fuisse scimus [30]). Ad Cererem denique fabula quaedam Ephesina referenda est, quae de Pandareo Ephesio narratur. Habitabat enim ille in Prione monte eique tamquam donum dedisse Ceres traditur, ut, quantumlibet ederet, numquam tamen venter ejus nimium impleretur [31]).

VI. MINERVA.

Aeque vetustus Minervae cultus erat, et is a metropoli cum ipsa colonia Ephesum translatus. Templum Minerva habuit in Trachea, antiquissima urbis parte [32]) et fortasse in Athenaeo monticulo (cf. c. IV, p. II, §. 3).

Ad hanc quoque Deam fortasse aliqua sane ex parte spectat fabula, quae de Aëdone, Pandarei filia narratur [33]). Nam et ipsa Minerva Aëdon appellabatur [34]), et, qui in eodem mytho conjux illius appellatur Polytechnus, in eo Vulcanum latere, qui et *κλυτοτέχνης* est [35]) et *πολύμητις* [36]), vix dubitandum est, dummodo

---

F. A. p. 447 apud Boeckh. de Lenaeis p. 52. 30) Herod. VI, 16. 31) Anton. Liberal. Fab. XI. *Πανδάρεως ᾤκει τῆς γῆς τῆς Ἐφεσίας, ἵν᾽ ἐστι νῦν ὁ Πρήων παρὰ τὴν πόλιν, ᾧ δίδοι Δημήτηρ δῶρον, μηδέποτε βαρυνθῆναι τὴν γαστέρα ὑπὸ σιτίων ὁπόσον ἂν πλῆθος εἰσενέγκηται.* Cf. Jacoby Myth. Wörterb. II, p. 696 not. 32) Creophyl. Hor. Eph. ap. Athen. VIII, 361, D. 33) Anton. Lib. Fab. XI. 34) Hesych. s. v. *Ἀηδών.* 35) Hom. Il. XVIII, 391. 36) Il. XXI, 355.

qui istorum numinum nexum atque cognationem recte intellexerit [37]).

In numis Ephesinis Minerva non rara apparet [38]), aliquoties *ΑΡΗΙΑ* cognominata [39]), quam Areïam Minervam Athenis [40]) et Plataeis cultam fuisse scimus [41]). — Festa autem, quum, quaenam Minervae egerint Ephesii plane ignoremus, contra, quae non egerint, memoriae traditum est. Apaturia enim inter omnes Iones soli Ephesii cum Colophoniis propter caedem quandam non celebrarunt [42]). Qua de re, quid certius afferam, nihil habeo.

VII. JUPITER.

Jovis cultus quo tempore Ephesi originem ceperit, pro certo affirmare non audeo; summam tamen auctoritatem maximumque splendorem nonnisi Imperatorum temporibus adeptus est. Illa enim aetate Olympii Jovis [43]) templum novimus, Olympicum [44]), et festa Olympia [45]), quae quum ab Hadriano potissimum instaurarentur et Hadrianea appellata sunt [46]); ipse autem Hadrianus Olympius inde ab Ephesiis dictus [47]).

Ephesi cognomine Jupiter invenitur in numo Ephesino, qui stantem exhibet dextraque Dianae statuam gerentem, diserte adscripto *Ζεὺς Ἔφεσος Πρῶτος Ἀσίας Ἐφεσίων* [48]).

Pluvius est in celebri isto numo Antonini Pii, qui Jovem in arce sedentem praebet, dextraque pluvium in terram demittentem [49]).

---

37) Pro multis affero Plut. Legg. XI, p. 920. — Diod. V, 74. 38) Mionn. III, 238. — Supplem. VI, 603. — C. I. 2959. 39) Mionn. Suppl. VI, 411. 40) Paus. I, 8, 4. — 28, 5. — Cf. Aesch. Eumen. v. 753. 41) Paus. IX, 4, 1. 42) Herod. I, 149. 43) Mionn. Suppl. VI, 486. 44) Paus. VII, 2, 9. 45) Cf. Krause Olympia p. 216. 46) *Ἀδριανὰ Ὀλύμπια ἐν Ἐφέσῳ* C. I. n. 2810. — *Μεγάλα Ἀδριανεῖα* n. 2987. 47) *Τραϊανῷ Ἀδριανῷ Σεβαστῷ Ὀλυμπίῳ* C. I. n. 2963, b. 48) Mionn.

Σωτρῆος denique cognomentum, quod, ipsius Dei nomine corroso, in inscriptione Ephesina invenitur [50]), ad Jovem referre non dubito, qui omnium Deorum Soter saepissime audit [51]).

VIII. VENUS.

Veneris cultus Ephesum Samo translatus est, ubi *ἐν καλάμοις* et *ἐν ἥλει* colebatur; Ephesi autem Hetaera appellata est [52]). Quum vero priorem illam Veneris significationem, qua paludum Dea aestimata est [53]), ideoque magnam cum Diana Ephesia similitudinem habuit, ab Ephesiis nequaquam neglectam censere liceat, duo ejus templa in magna palude prope urbem (cf. c. IV, p. II, §. 3) posui et ad eam mensem Calamaeonem rettuli, quem inscriptio Ephesina exhibet [54]).

Suppl. VI, 487. — Cf. §. 13. VII, in. §. 10, n. 12. 49) Mionn. III, 282. Suppl. VI, 413. 414. *ΠΕΙΩΝ ΕΦΕΣΙΟΝ*, quod, nisi *ΠΡΙΩΝ* fortasse legendum est, rectius de Piis Ephesiis Eckhelius intellexisse videtur, quam de Pione monte Hase ap. Mionn. VI, 413. Cf. c. 1, §. 2, n. 14. 50) C. I. n. 2998, ubi Soteros cujusdam Dei sacerdos est. 51) Praecipue in Arcadia et Peloponneso (Mantineae Pausan. VIII, 9, 1. — Megalopoli ib. 30, 5 [cf. Aristoph. Ran. v. 1433]; Argis II, 20, 5; Troezene 31, 11; in Laconia III, 23, 6; Messenia IV, 31, 5), ubi et Diana saepissime Soteira colebatur (Pegis in Megaride II, 20, 5; Troezene 31, 1; Boeis in Laconia III, 22, 9; prope Pellenen VII, 27, 1). 52) Eualces in Ephesiacis ap. Athen. XIII, 573, A. Cf. Alex. Sam. ib. 572, F. 53) Quod in Venere, quippe quae Dea marina sit, nequaquam mirandum est. Huic quam simillima est Venus Schoeneïs Lycophr. Cassandr. v. 832 ibique Tzetz. Cf. Schoeneum, Atalantae patrem (Apollod. I, 8, 2. — 9, 2. — Paus. VIII, 35, 8. — Steph. Byz. s. v. Schoenus) a quo et ipsa Atalante Schoeneïs dicta est (Ovid. Her. XVI, 263). 54) C. I. n. 2953, b.

IX. HECATE.

De Hecate, quae quantopere Ephesiis culta fuerit, statua ejus in templo [55]) et templi pars Hecatesium, quod pro Opisthodomo accipiendum esse infra docebimus c. IV, p. II, §. 1, n. 42 ss. docent, et numi denique nonnulli comprobant, ne plura disseram, satius erit ad ea lectorem relegare, quae dixi in §. 8, p. II, n. 17.

X. MERCURIUS.

Mercurii ab Ephesiis culti vestigia nonnisi pauca et tenuia exstant. Ejusmodi vestigia nomina quaedam sunt Ephesiis solemnia, a Dei nomine derivata. Quum enim in universum Graecos ab iis numinibus, quae prae caeteris in certa quadam civitate colerentur, desumta nomina liberis indidissent [56]), idque Ephesi quoque factum esse plurima Ephesiorum nomina, ab omnibus fere numinibus, quae ibi culta fuisse constat, desumta [57]) comprobant, dubium non est, quin e frequentibus Mercurii

---

55) Plin. Hist. Nat. XXXVI, 4, 10. 56) „Die in einer Stadt vorzugsweise verehrten Gottheiten sind auch die natürlichsten und häufigsten Namengeber der Bewohner" Panofka Weihgeschenke (Akad. 1839) p. 63. 57) A Diana igitur frequentissimum Artemidori nomen derivandum est (Mionn. III, 192 a. — Suppl. VI, 235. Cf. c. IV, I, §. 2, n. V. — §. 3, n. I); a Jove: Diodorid. . . Mionn. III, 158; Diogenes C. I. 2953, b. v. 19; Diodorus ib. 2982, v. 3; Zenodotus Mionn. S. VI, 202. Cf. c. IV, I, §. 2; ab Apolline: Apollonides Mionn. III, 177; Apelles III, 176; Apollodor. C. I. 2953, b. v. 4. — Pythocles 2953, 16; Pythodoris 3016; Pythagoras c. II, §. 3, n. 28 (cf. Panofka p. 14); a Cerere: Demetrius Mionn. III, 179. 210. 218. 219; Act. Apost. XIX, 24; a Minerva: Athenopol... Mionn. Suppl. VI, 208; Athenagoras VI, 232; Athenaeus Paus. VI, 4, 1; a Neptuno: Posidonius c. IV, p. II, §. 4, n. 53; ab Hecate: Hecatocles III, 234. — C. I. n. 2987 fin.

in Ephesiorum nominibus vestigiis aliquid saltem de Mercurio hac civitate culto concludi possit. Talia autem nomina sunt Hermodorus (cf. c. IV, §. 1. extr.), Hermon,ax (Mionn. VI, 214), Hermon (ibid. n. 215), Hermogenes (C. I. n. 3028), Hermias (Mionn. Suppl. VI, 298), Hermippus (C. I. n. 2972, 10. — 2987 extr.), Hermion (ibid. n. 2985, 2). Quibus accedit et nummus Ephesinus Mercurio ornatus [58]) et fabula, qua Eurytus et Echion Ephesii Mercurii filii dicuntur [59]).

XI. BACCHUS.

Bacchi cultum praeter mythos Ephesinos, quibus ante Herculem jam Deus ille Amazonibus, bello victis, sedem Ephesi ponere permisisse credebatur [60]), et nomina quaedam Ephesiorum, quae ad Bacchum spectant, ut Dionysidas (Mionn. Suppl. VI, 295), Dionysius (ib. n. 211. Supplem. VI, 376 ubi *ΔΙΟΝΥCΙΟC* pro *ΔΙΟΝΥCΟΙC* legendum est), Dionysodorus (ib. III, 182), Dionysophanes (Herod. IX, 84. Pausan. IX, 2, 2), Satyrus (Mionn. III, 248. 252. Cf. Faunum, thyrsum gestantem in num. Eph. Mionn. Suppl. VI, 540), diserte confirmat locus Dionysii Periegetae, qui, ubi laudes Ephesiorum exquisitis verbis concelebravit, ita pergit [61]):

Οὐ μὰν οὐδὲ γυναῖκας ὀνόσσεαι, αἳ περὶ κεῖνο
Θεῖον ἕδος [62]), χρυσοῖο κατ' ἰξύος ἅμμα βαλοῦσαι

---

58) Mionn. III, 328. 59) Hygin. Fab. XIV „Eurytus et Echion — ex urbe Alope, quae nunc vocatur Ephesus". 60) Tacit. Ann. III, 61. — Pausan. VII, 2, 7. — Plut. Qu. Gr. LVI *Φεύγουσαι Διόνυσον αἱ Ἀμαζόνες ἐκ τῆς Ἐφεσίων χώρας εἰς Σάμον διέπεσον, ὅδε ποιησάμενος πλοῖα καὶ διαβὰς μάχην συνῆψε καὶ πολλὰς αὐτῶν ἀπέκτεινε.* 61) V. 839—846, p. 753 ap. Bernhardy. 62) Ipsam Ephesum „tamquam pietate religionumque celebritate conspicuam" sive fanum D. Eph. intelligendum esse demonstravit Bernhardy p. 757.

Ὀρχεῦνται, θηητὸν ἑλισσόμεναι περὶ κύκλον
Εὖτε Διονύσοιο χοροστασίας τελέοιεν·

Universus autem ille locus, ut nostram sententiam confirmat, iis quae supra attulimus rursus confirmatur; dubitat enim Ill. Bernhardy, num fide dignus sit, vereturque, ne bellicam Ephesiorum pompam, quam e mera Callimachi fictione profectam supra probavimus §. 10, n. 3 — 7, cum choreis Bacchicis confuderit Dionysius; „Bacchi" enim „saltatio . . . ut Ephesi rata fuerit et perpetua ne fluxis quidem indiciis, neque nummorum, neque voluminum effici videtur" [63]). Contra quae praeter fabulam et nomina Ephesiorum, de quibus supra diximus, numus afferri possit Ephesinus, qui „Faunum" exhibet, vel Satyrum „thyrsum gestantem" [64]). Sed accedit argumentum manifestius; omissa enim interiore Dianae Ephesiae cum Baccho cognatione atque similitudine [65]), mensem apud Ephesios Lenaeonem appellatum fuisse scimus [66]), unde et Lenaea Baccho eos celebravisse manifesto consequitur [67]).

XII. AESCULAPIUS.

Aesculapium denique ab Ephesiis cultum fuisse conjicere aliquis possit e familiis quibusdam medicorum, scientiam illam tamquam cum genere conjunctam exercentium — novimus enim Asclepiadem quendam Ephe-

---

63) Ad Dionys. l. l. p. 757. 64) Mionn. Supplém. VI, n. 540. 65) Welcker Nachtrag zur Trilogie p. 198. — Diana Ephesia una cum Baccho colebatur Sicyone (Paus. II, 7, 6), Corinthi (Pausan. II, 2, 5) et apud Camenos (cf. §. 8, V, n. 41). Mitto Bacchi cognomenta, Dianae similia, Limnaeum, *ἐν ἕλει* cett. 66) Ephesiorum psephisma ap. Joseph. Ant. Jud. XIV, 10, 11. — Corsini F. A. II, p. 417. — Boeckh Ueber die Lenaeen, Anthesterien et Dionysien p. 53. 67) *Ληναιὼν παρὰ Ἴωσι ἐκαλεῖτο, ὅτι . . . . . τῷ Διονύσῳ ἑορτὴν τὴν λεγομένην Ἀμβροσίαν ἐτέλουν.* Et. Mgn. ap. Boeckh. p. 58 cujus verba integra apponam „Von hier" [Athenis] inquit p. 52 „erhielten sie (Iones) ihre Heiligthümer

sium, *ἀρχίατρον ἐκ γένους*[68]) — quam consuetudinem, apud Graecos sat frequentem, cum sacris haereditariis fere semper connexam fuisse inter omnes constat[69]).

§. 13.

Quod modo in Diis Ephesiis enumerandis posuimus, idem jam in heroibus recensendis ponamus studium, aliisque in fabulis, quae apud Ephesios quondam viguerunt, enarrandis; inter quas quum eae, quae de Amazonibus et Cercopibus sunt, maximi mihi momenti videantur, has quoque accuratius quodammodo ac majori cum studio pertractandas censui. His autem expositis, quum omnia, quae ad res sacras Ephesiorum spectarent, absoluta viderentur, finem huic capiti imposui.

I. HERCULES.

Inter heroas ab Ephesiis cultos prae caeteris celebratus videtur Hercules, qui et Amazonas benigne hoc loco recepisse dicebatur[1]) et Cercopas, qui circa Ephesum versati feruntur, vicisse[2]). Dianam modo natam Jovis jussu Ephesiis tamquam *κήρυξ* nuntiavit, quare monticulus, ubi hoc fecisse narratur, Ceryceum dictus est[3]). Herculem pro Idaeo Dactylo ab Ephesiis habitum esse

und mit den Heiligthümern die Anordnung der Festzeiten". — Fortasse Lenaea describit Dionysius. De Bacchi apud Ephesios sacris cf. Welckerum l. l. p. 195. 68) Boeckh C. I. n. 2987, v. 1. — Cf. c. IV, p. II, §. 2, n. VI. 69) Huc fortasse referendum est, quod Daphnes, medicus Ephesius, *ἱερὸς κατὰ τὴν τέχνην* appellatur ap. Athenaeum Prooem. in Deipnosoph.

1) Tacit. Ann. III, 61 s. 2) Apollod. Bibl. II, 6, 3 in. *Ἡρακλῆς δὲ Ὀμφάλῃ δουλεύων τοὺς μὲν παρὰ τὴν Ἔφεσον Κέρκωπας συλλαβὼν ἔδησε.* Cf. Diod. IV, 31. Wesseling. — Creuzer II, p. 224. — Muell. Dor. I, p. 457 s. 3) Lex. Gudian. s. s. *Κηρύκειον· . . . ἔστι δὲ καὶ Κηρύκειον ὄνομα λόφου τῆς Ἐφέσου, ἐν ᾧ ἀνῆλθεν Ἡρακλῆς κατὰ βούλησιν τῶν θεῶν καὶ ἐκήρυξε τὴν γέννησιν τῆς Ἀρτέμιδος.* — Etym. Mgn. s. v.

supra jam exposuimus §. 6, n. 10. 11, eundemque sub Alexicaci nomine [4]) ab iisdem cultum fuisse inde apparet, quod sub hoc nomine Apollonium Tyanensem statua urbs honoravit [5]).

Statua Herculis praeterea in medio theatro posita erat [6]), eumque numi Ephesini quam plurimi exhibent [7]).

II. AGAMEMNON.

Haud parvi momenti in fabulis Ephesinis Agamemnon fuisse videtur. Nam et Dianae Munychiae templum, quod Pygelae erat condidisse ferebatur [8]) et sacellum quoddam *ἐν τῷ κοιλοτάτῳ τῆς λίμνης Σελενουσίας* [9]). Ac vel ipsam Pygelam urbem ab exercitu ejus conditam esse memoriae traditum erat [10]). — Cultum autem Agamemnonis, quem ex frequenti ejus apud Ephesios mentione conjicere licet, num ex Arcadia coloni Ephesii secum detulerint [11]), an aliunde acceperint [12]), pro certo

---

4) Alexicaci cognomentum, quod et Jovi et Apollini tribuebatur, hoc loco idem valet, quod *Ἀποτρόπαιος*, ut Hercules Ephesius appellatur ap. Philostratum V. Apoll. Tyan. IV, 10 p. 147. 5) Lactant. Institut. Divin. V, 3 p. 468 ed. Gallaei: „Simulachrum ejus sub Herculis Alexicaci nomine constitutum ab Ephesiis etiamnunc honorari“. 6) Philostrat. V. Apoll. l. l. Cf. VIII, 7, 9. 7) Mionn. III, 411. — Suppl. VI, 528. 536. — Alii in nostro Museo asservantur. — Hercules puer nudus duos serpentes elidens in antiquiore argenteo. — Fac. apis. *EΦ.* Sestini descr. d. Stat. Ant. (Firenze. 1817) tav. IX, n. 21 (Mus. Hunt. XXVI, 4). — Mionn. Suppl. VI, 258. 8) Strabo XIV, p. 639. 9) Strab. l. l. 10) Steph. Byz. et Lexicogr. s. v. — Strab. l. l. — Eustath. — Cf. n. VI, n. 55. 11) In Arcadia sane Agamemnonis culti vestigia non exstant, nisi fortasse Oresteum Arcadiae oppidum, quod ab Oreste, Agamemnonis filio, appellatum est, huc referre velis, Paus. VIII, 3, 2. *Φιγαλία δὲ καὶ Ὀρεσθάσιον χρόνῳ μεταβάλλουσι τὰ ὀνόματα, Ὀρέστειόν τε ἀπὸ Ὀρέστου κληθεῖσα τοῦ Ἀγαμέμνονος κτλ.* 12) Clazomenii nempe Agamemnonem colebant (*Κλαζομενίοις δὲ λουτρά ἐστιν· ἐν δὲ αὐτοῖς Ἀγαμέμνων ἔχει τιμάς.* Pausan. VII, 5, 11); ita ut hinc fortasse cultum istum Ephesum deductum

non affirmarim. Certum tamen est sub ejus heroïs nomine Jovem Agamemnonem latere, qui Spartae e. g. hoc cognomento colebatur [13]).

III. ANDROCLUS.

Androclus, Codri filius, conditor Ephesi (cf. c. II, §. 2 in.), divinos heroïs honores assecutus est, quod saepius, ac vel ipsis historicis temporibus, urbium conditoribus contigisse scimus. Sic enim mortuo Miltiadi, qui Chersonesum condidit, Chersonesitae sacrificabant et certamina equestria et gymnica instituerunt, *ὡς νόμος οἰκιστῇ* [14]); et Amphipolitae Brasidae, tamquam heroï monumentum in foro exstruxerunt et certamina et ludos quotannis celebrarunt [15]). Androclum igitur heroïco habitu in numis repraesentatum videmus, vel una cum Coresso heroë [16]), vel solum, aprum modo interficientem [17]), modo spolia ejus gerentem [18]); qua de re cf. §. 5, n. 1. — Monumentum quoque habuit, quod, heroïs armati statua ornatum, Pausanias adhuc vidit [19]); ad hoc monumentum ludi ac certamina fortasse Androclo celebrata fuerint, siquidem ex analogia eorum ludorum, qui in Pyxodori honorem quotmensibus ab Ephesiis habebantur, concludi potest. Is enim, quum, circa Prionem gregem pascens, candidissimi lapidis venas invenisset (cf. c. I, §. 6, n. 17), ex quo templum aedificatum est, et Euangelus sta-

censere liceat. 13) Potter ad Lycophron. v. 335. Cf. Eustath. ad Iliad. I, v. 25. 14) Herod. VI, 38. *Καὶ οἱ τελευτήσαντι (Μιλτιάδει) Χερσονησῖται θύουσι, ὡς νόμος οἰκιστῇ, καὶ ἀγῶνα ἱππικόν τε καὶ γυμνικὸν ἐπιστᾶσι.* 15) Thuc. V, 11. *Οἱ Ἀμφιπολῖται, περιέρξαντες αὐτοῦ τὸ μνημεῖον, ὡς ἥρωΐ τε ἐντέμνουσι καὶ τιμὰς δεδώκασι ἀγῶνας καὶ ἐτησίους θυσίας, καὶ τὴν ἀποικίαν ὡς οἰκιστῇ προσέθεσαν.* 16) Mionn. III, 370. 17) Ibid. 369. 458. Suppl. VI, 587. 18) Ib. III, 457. 19) Paus. VII, 2, 9. *Δείκνυται καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι τὸ μνῆμα — ἐπίθημα δὲ τῷ μνήματι ἀνήρ ἐστιν ὡπλισμένος.* Cf. de ejusmodi conditorum honoribus, quos laudat Herm. Antt. Gr. 74, 3 p. 161.

tim ab Ephesiis vocatus est, et post mortem sacrificia et certamina ei quotmensibus a magistratibus facta sunt, quae ne unquam intermitterentur lege severa cautum erat [20]).

IV. AMAZONES.

Antequam de Amazonibus, quoad cum Ephesiorum historia aut fabulis cohaerent, accuratius dicamus, in universum, ne in gravem eumque sat communem errorem incidamus, id tantum monendum videtur Amazonas nequaquam historice accipiendas esse, sed e contrario totas ad mythologiam pertinere. Earum enim fabulas quum ex frequentium hierodularum gregibus in cultibus et sacris Asiaticis ortas esse ingeniose ostenderit Toelken [21]), jam inter omnes mythologiae peritos constat, Amazonibus nihil fere nisi peregrini cujusdam cultus notionem expressum esse [22]), ejusque cum Graecorum religione certamen frequentibus istis pugnis designatum esse, quas cum Amazonibus tot Graecorum heroës habuisse credebantur, Hercules, Bellerophon, Theseus, Achilles [23]) et vel ipse, quem Ephesi cultum fuisse supra ostendimus, Dionysus [24]). Quae Amazonum notio primaria quum paullatim euheme-

20) Vitruv. X, 7. Cf. c. IV, p. II, §. 1, n. 11 s. 21) Ueber das Basrelief p. 210 not. „Historisch sind die Amazonen wohl nichts anderes, als die fanatischen ehelos lebenden Tempeldienerinnen jener bewaffneten grofsen Göttin des inneren Kleinasiens, deren kriegerischer Dienst später unter dem Namen der Bellona (Enyo) nach Rom kam"; cui accedunt Boeckh ap. Hirt Hierod. p. 55 et Mueller. Dor. II, p. 390. 22) „Die ursprüngliche Bedeutung dieser streitbaren Frauen ist in den blutigen Götterdiensten einer allmählich mit Artemis gleichgesetzten Mondgöttin zu suchen". Gerh. Auserl. Vasengem. II, p. 56. Cf. quos laudat Creuzer II, p. 171. Stackelberg, Apollotemp. p. 54. Uschold Vorhalle II, p. 245. 23) „Auch der Anlafs ihrer (der Amazonen) Bekämpfung durch griechische Helden (ist) ein religiöser. Es ist die Bekämpfung nächtlicher Götterdienste durch den Dienst reinerer Lichtwesen". Gerh. l. l. p. 57. 24) Tac. Ann. III, 61. Paus. VII, 2, 7. Plut. Quaest. Gr. LVI.

ristica fere, ut ita dicam, ratione ita transformaretur, ut Amazones pro vero foeminarum populo haberentur, necesse quoque erat, ut omnibus fere locis, ubi ejusmodi religionum certamina locum habuerunt, Amazones habitasse vel eo usque processisse crederentur. Quod quum nusquam manifestius fuerit, quam in Asia minore et potissimum in ea orae parte, quae Graeciam versus vergit, haud mirandum est omnes fere ejus orae urbes ab Amazonibus conditas putari [25]). Hanc vero sententiam imbecillem esse ac fere ridiculam et ex superioribus sequitur, et ipsi veteres jam animadverterunt [26]). Quare id tantum nostrum videtur, ut contra eam sententiam, qua et Ephesus urbs et sacra Ephesia ab Amazonibus condita feruntur et instituta, pauca disputemus. Illam sententiam innumeri protulerunt [27]); hac, ut ex Cappadocia cultus nostri originem deducere posset, usus est Od. Mueller [28]).

Sed contrarium potius, si mythos propius adspiciamus, inde probari potest. Licet enim concesso, Amazones circa hanc regionem re vera versatas fuisse, multo jam ante earum adventum sacra ibi jam exstitisse ipsi veteres affirmant [29]), neque inde, nisi quod admissae fuerint ad ea sacra sequeretur, quae Pelasgica fuisse supra docuimus §. 1. — Hercules porro et Bacchus, qui uterque magna veneratione apud Ephesios gaudebant, bella cum Amazo-

25) Cf. Muell. Dor. l. l. p. 389. 26) *Τοὺς περὶ Πύγελα λέγοντας τὰς Ἀμαζόνας, μεταξὺ Ἐφέσου καὶ Μαγνησίας καὶ Πριήνης, φλυαρεῖν φησιν ὁ Δημήτριος.* Strab. XII, p. 550. Cf. Paus. VII, 2, 7. *Οὐ μὴν πάντα γε τὰ ἐς τὴν θεὸν ἐπύθετο (ἐμοὶ δοκεῖν) Πίνδαρος, ὃς Ἀμαζόνας τὸ ἱερὸν ἔφη τοῦτο ἱδρύσασθαι .... οὐ μὴν ὑπὸ Ἀμαζόνων γε ἱδρύθη.* 27) Res nimis trita est, quam ut hic referam omnes ejus auctores, quos collegit Walter Copland Perry de rebus Ephesiorum p. 1, ubi, ni fallor, adjici potest Schol. Ven. Illad. Z, 186 ap. Bekk. I, p. 184, b. 51. 28) Dor. II, p. 391. 29) *Αἱ δὲ ἀπὸ Θερμώδοντος γυναῖκες ἔθυσαν μὲν καὶ τότε τῇ Ἐφεσίᾳ θεῷ, ἅτε ἐπιστάμεναί τε ἐκ παλαιοῦ τὸ ἱερόν.* Paus. l. l. Cf. fabulam illam, qua Amazo Ephesi nymphae filia appellatur n. VII. in.

nibus gerunt, quibus hae aut plane deletae sunt et interfectae [30]), aut devictae quidem, devictis tamen sede circa Ephesum concessa [31]). — Tum denique, ut contra hos bellum gerunt, vel ipsi Dianae quam maxime hostiles fuisse narrantur et, sacra ipsa aggressae, templum quoque Ephesinum incendio petiisse [32]).

Ex quibus omnibus manifesto apparet, Amazonas nequaquam pro cultus Ephesini, aut urbis Ephesi conditricibus haberi posse, sed e contrario earum circa Ephesum praesentia, bello, defectione et clade nihil aliud expressum esse, nisi victoriam istam, quam cultus mere Graecus i. e. Pelasgicus de sacris peregrinis reportarit, quae symbolice sub Amazonum specie repraesentata sunt.

Quod vero ad mulieres istas Amazonicas attinet, quas circa sacellum habitantes coloni Graeci invenisse dicuntur et a bello saucias servasse [33]), quid, quaeso, mirum, quod sacerdotes Pelasgicae vel si mavis hierodulae (cf. §. 9, n. 1. 38 ss.), cognitis istis de Amazonibus fabulis, pro Amazonum reliquiis, si non ab ipsis colonis advenientibus, a posterioribus saltem acceptae fuerint, qui foeminas circa sacellum illud habitantes audiebant, neque de ipsius cultus origine certiores erant. Unde rursus id fabulis addebatur, Herculem et Bacchum Amazonibus, bello victis, sedes istas concessisse.

Muelleri autem sententia, quae hisce jam refutata est ac fere collapsa, licet concessa fabularum de Amazonibus circa Ephesum versantibus vi atque auctoritate,

30) Plut. Qu. Gr. l. l. *Φεύγουσαι Διόνυσον αἱ Ἀμαζόνες ἐκ τῆς Ἐφεσίων χώρας εἰς Σάμον διέπεσον, ... ὁ δὲ . . . μάχην συνῆψε καὶ πολλὰς αὐτῶν ἀπέκτεινε.* 31) *Ἡρακλέα ἔφυγον (αἱ Ἀμαζόνες), αἱ δὲ καὶ Διόνυσον τὰ ἔτι ἀρχαιότερα, ἱκέτιδες ἐνταῦθα ἐλθοῦσαι.* Paus. l. l. cf. n. 24. 32) Euseb. Chron. a. m. 4060. *Αὗται (Ἀμαζόνες) καὶ τὸ ἐν Ἐφέσῳ ἱερὸν προενέπρησαν*, quod procul dubio ex auctore antiquiore desumtum est. Cf. Syncell. Chron. 178, A. Dind. 334, 18. *Ἀμαζόνες τῇ Ἀσίᾳ ἐπῆλθον ἅμα Κιμμερίοις.* 33) *Ὤικουν δὲ καὶ περὶ τὸ ἱερὸν ἄλλοι τε ἱκεσίας εἵνεκα καὶ γυναῖκες τοῦ Ἀμαζόνων γένους* Paus. VII, 2, 7.

parum firmis argumentis nititur. Quum enim Amazonas pro hierodulis accipiendas esse contendat, hierodularum vero nusquam tantam frequentiam fuisse censeat, quam in Cappadocia, sacra quoque Ephesina, quippe quae ab Amazonibus condita ferantur, ex Cappadocia Ephesum delata fuisse concludit [34]). Quum vero coloniam ex Cappadocia Ephesum numquam deductam fuisse constet, neque hierodulas istas Cappadocicas, nescio quo instinctu bellico motas, recta Ephesum contendisse ibique vi atque armis suum cultum instituisse, quisquam contenderit, totam istam argumentationem nequaquam ferri posse consequitur.

V. CURETES.

Curetum, quorum semel tantum fit mentio, fabulae ea tantum ratione apud Ephesios ortae sunt, quod, quum Latonam apud se Apollinem et Dianam genuisse gloriarentur Ephesii (cf. §. 12, n. I. II), cum hoc vero partu in omnibus fabulis Curetes arctissime cohaererent, ut qui armorum sonitu, ut partus ille Junonem lateret, effecissent, necesse erat ut Ephesii idem apud se quoque factum esse affirmarent. Audimus igitur Curetas in monte Solmisso armorum motu tantum strepitum effecisse, ut Latonae ad olivam parturientis questus Junonem omnino latuerit [35]), cujus in rei memoriam *Κουρήτων ἀρχεῖον* in Solmisso conditum est, ubi ut quotannis panegyris in Ortygia habita est, mysteria quoque et sacra convivia celebrabantur [36]).

Hac igitur ratione Curetum apud Ephesios fabulis

34) Dor. II, p. 390. 391. 35) *Ὑπέρκειται δὲ τοῦ ἄλσους (Ὀρτυγίας) ὄρος, ὁ Σολμισσὸς, ὅπου στάντας φασὶ τοὺς Κουρῆτας τῷ ψόφῳ τὴν Ἥραν τῶν ὅπλων ἐκπλῆξαι, ζηλοτύπως ἐφεδρεύουσαν, καὶ λαθεῖν συμπράξαντας τὴν λοχείαν τῇ Λητοῖ.* Strab. XIV, p. 633. 36) *Πανήγυρις δ' ἐνταῦθα συντελεῖται κατ' ἔτος· τότε δὲ καὶ τῶν Κουρήτων ἀρχεῖον συνάγει συμπόσια καί τινας μυστικὰς θυσίας ἐπιτελεῖ* Strab. ibid.

explicatis, ad cognationem illam, quae quum saepius inter Curetas et Lucinam intercesserit [37]), inter eosdem ac nostram Dianam, quae et ipsa pro Lucina habita est (cf. §. 8, n. III) intercedere potuerit, vix recurrendum est.

VI. CERCOPES.

Supra jam vidimus Herculem circa Ephesum cum Cercopibus, qui ibi versabantur, pugnasse eosque devictos postea benevole dimisisse. Cercopes igitur a plurimis circa Ephesum ponuntur apud Diodorum [38]), Suidam [39]), Diogenianum [40]) Zenobium [41]), ac vel diserte apud Tzetzen [42]) Ephesii appellantur. Qui quamvis recentiori narratione tamquam ridiculi joculatores aut praedatores appareant [43]), in fabulis antiquioribus tamen eadem fere ratione se habent, qua Titanes, quibus et suprahumana magnitudine et terribili quadam vi aequantur [44]). Eorum notio ab aliis aliter constituitur; qui vero nuperrime de iis dixit Ill. Gerhard, is pro luminis numinibus, ut Helium, Eo, Selenem, eos accepit [45]). Nos pro aquae numinibus, vel si mavis daemonibus, eos accipiendos esse paucis tantum indicabimus, ampliorem hac de re disputationem alii loco reservantes.

Hanc vero sententiam, ut Cercopum genus, nomen, mythus, sic quoque natura soli eorum locorum comprobat, ubi Cercopes sedem habuisse affirmantur. — Mater

---

37) E. g. apud Messenios: *Πεποίηται δὲ καὶ Εἰλειθυίας Μεσσηνίοις ναὸς καὶ ἄγαλμα λίθου. πλησίον δὲ Κουρήτων μέγαρον* Paus. IV, 31, 9. 38) Diodor. VI, 31. 39) S. v. *Ἀγορὰ Κερκώπων· οὗτοι ἐν Ἐφέσῳ ἦσαν κτλ.* 40) Proverb. I, 3. *Κέρκωπές τινες ἀπατεῶνες ἐγένοντο ἐν Ἐφέσῳ.* 41) Prov. I, 5. IV, 50. 42) Chiliad. II, 431. *Κἀκεῖ δουλεύων μὲν (ὁ Ἡρακλῆς) δεσμεῖ Κέρκωπας Ἐφεσίους.* 43) Harpocrat. s. v. — Eubulus Cercopes fabulam scripsit. Athen. X, 417. XIII, 567. Cercop. Euripid. 44) Gerhard Auserl. Vaseng. II, p. 90. 91. Creuzer Symb. II, 228. 45) Ib. p. 92 „Die Kerkopen sind Göttern des Lichts verwandt“.

enim Cercopum, sive Theia [46]), sive Memnonis [47]) seu denique Cercope appellata fuerit [48]), quippe quae Oceani filia dicatur [49]), marinam Cercopum naturam indicare mihi videtur; eamque nomen quoque comprobat, procul dubio a *κέρκω* sive *κρέκω* derivandum [50]), quo raucum maris appellentis sonitum designatum censeo [51]). Hercules autem quam frequentes cum marinis daemonibus pugnas habuerit, vix monendum est [52]); nihil igitur mirandum, hic quoque cum ejusmodi daemonibus eum pugnasse. Atque universum Ephesiae tractum mari ereptum fuisse solique, ut ita dicam, redditum, quum sinus maris antea fuerit, supra jam vidimus c. I, §. 2, n. 4. Hercules igitur, heros solaris, maris vim, sub daemonum marinorum specie expressam domat, vincit, fugat. Quod quam diserte ipse mythus exprimat, jam videamus. Mater Cercopibus praeceperat, ut eum timerent atque caverent, quem nigrum podicem habere intelligerent. Qui quum Herculem aliquando derisissent, ab eo capti sunt, et in bacillo, quem humeris gestabat, appensi, ita ut capita terram versus penderent, statim intelligunt Herculem, qui *Μελάμπυγος* erat, nigrum podicem habere atque in inexhaustum risum erumpunt. Quo et ipse Hercules affectus liberos eos dimisit [53]). Sub nigro podice terram crassam, nigram et fertilem intelligendam esse Gerhard jam animadvertit [54]); hic igitur podex niger, haec terra nigra, daemonibus marinis quam maxime metuenda est, quae ubi appareat, ipsi vincuntur, fugantur, evanescunt. Quum vero maris vis, licet vinca-

---

46) Zenob. V, 10. 47) Suid. l. l. 48) Etym. Mgn. 506, 22. Bekker. 49) Zenob. l. l. 50) *Κέρκω* = *κρέκω*. Cf. Lexicogr. s. v. 51) Forchhammer Hell. I, 49 ss. de pluvii sonitu intellexit nomen illud; meam autem sententiam, qua ad mare vocem istam retttuli, praeter ea, quae supra dixi, comprobare mihi videtur *Κερκηΐς*, quae Oceani filia est ap. Hes. Theog. v. 355. 52) Gerh. l. l. p. 94—114. 53) Diodor., Apoll., all. ll. supra ll. 54) Ib. p. 92 „Dieser Melampygos war in hieratischer Redeweise der Gottheit schwarzer Erdmacht vergleichbar“.

tur, numquam tamen capiatur, sed paullatim tantum recedat, facile intelligitur, cur Hercules, qui omnes eos, quibuscum pugnavit, interfecit, Cercopas tamen incolumes dimisisse dicatur. — Quid, quod in eodem isto solo, mari erepto, quem sub podicis nigri forma repraesentatum censuimus, urbem podicis habeamus [55]), Pygela nempe in ora Ephesia?

Accedit denique, quod eandem terrae naturam reliqui quoque loci praebent, ubi Cercopes habitasse narrantur. Quod in Thermopylis, ubi lapis ostendebatur, in quo Hercules Cercopes vinxit [56]), manifestissimum est; locus enim iste mari tamquam ereptus videtur, victis, qui antea hunc locum occuparant, aquae et maris daemonibus. — Magis haereri possit in Oechalia. Quamvis enim Cercopes, ut Ephesii, diserte quoque Oechalienses appellentur [57]), quaenam Oechalia intelligenda sit, magnopere dubitari potest. Etymologia sane vocis eandem notionem exprimit, quippe quae mare recedens procul dubio designet [58]). Item res comprobatur Oechaliae situ ad lacum Copaïdem, cujus aquam modo ascendentem modo recedentem, perpetuo fere cum terra certamine occupatam fuisse scimus. Alia Oechalia in Messenia sita est, quam terram et ipsam valde aquosam ac palustrem fuisse constat. — Sed de Oechaliae Thessalicae, quae hic intelligenda videtur [59]), situ nequaquam constat, nisi aliquod sententiae nostrae adjumentum inde trahere velis, quod ad Cercetium montem urbs sita fuerit, ejusque reges atque heroës marinam fere omnes naturam prae se ferant [60]).

---

55) A πυγή lexicographi omnes urbis nomen derivant. 56) Herod. VII, 216. Lobek Aglaoph. II, p. 1298. 57) Suid. l. l. γένος δὲ ἦσαν Οἰχαλιῆες. Schol. Lucian. Alex. IV. Οἰχαλιῆες ὄντες γένος. 58) Ab οἴχομαι et ἅλς vocem jam derivavit Mueller Dor. I, 457, n. 5. 59) Muell. Dor. I, 113 ss. 60) Eurytus (εὐ. ῥέω), Molion (μολεῖν eodem sensu usurpatum, quo οἴχομαι in Oechalia), Clytius (κλύζω?). Diodor. IV, 37. Schol. Soph. Trach. 268. — Ipse Eurytus Molionida est, Neptuni et Molionae filius.

VII. EPHESUS. CAYSTRUS. CENCHRIUS. MARNAS. CORESSUS.

Quod ad reliquos heroës attinet, Ephesum primum invenimus, aut virum [61]), Caystri filium, qui sacra Ephesina condidisse dicitur [62]), quique cum Jove Epheso potest comparari (cf. §. 12, VII, n. 48), aut puellam, Dianae comitem, cujus filiam Amazonem fuisse ferunt [63]), quamque ab ipsa Diana nomen suum accepisse supra probavimus §. 7, n. 10. 31.

Caystrus, Caystri fluvii heros, frequens in numis est [64]). Is Ephesi nymphae ex Penthesilea Amazone nepos [65]), Ephesi urbis conditoris pater ferebatur [66]), qui Ascalone Dercetonem in matrimonium duxit et ex ea Semiramidem filiam habuit [67]). Ex qua Caystri cum numinibus Syriacis conjunctione Creuzerus e Syria cultum Ephesiuum deductum esse concludit [68]), argumento usus sat imbecilli; nam et fabulae istae aperte recentioris aevi sunt et nexus inter numina Syriaca et Ephesina, qui in iis animadvertitur, multo levior, quam ut cultus nostri origo inde duci possit.

Invenitur porro Cenchrius fluvius [70]) et fons Marnas (cf. c. I, §. 4, n. 17—19) [71]). — Montis denique, cui adjacebat urbs, heroëm Coressum Ephesii venerabantur, eumque numus exhibet Ephesinus [72]).

---

61) Lexicogr. s. v. *Ἔφεσος.* 62) *Κρῆσος .. καὶ Ἔφεσος ... οὗτοι τὸ ἱερὸν εἰσιν οἱ ἱδρυσάμενοι.* Paus. VII, 2, 7. 63) *Τὴν δὲ Ἔφεσον ... (γυνὴ γὰρ ἡ Ἔφεσος, ἀφ' ἧς ἡ πόλις ὀνομάζεται) πρόσπολον Ἀρτέμιδός φασι καὶ θυγατέρα αὐτῆς Ἀμαζὼ ἱστοροῦσι* Eustath. ad Dionys. v. 827. 64) Mionn. III, 238. 277. 335. 65) Lex. Gud. s. v. *Καΰστριος .... ἐστιν υἱὸς Πενθεσιλείας τῆς Ἀμαζόνος* (Ephesi nymphae filiae). 66) *Καΰστρου δὲ τοῦ ποταμοῦ τὸν Ἔφεσον παῖδα εἶναι νομίζουσι* Paus. l. l. 67) Lex. Gud. *ὃς ἐν Ἀσκάλωνι ἔγημε τὴν Δαρκετὼ καὶ ἐξ αὐτῆς ἔσχε τὴν Σεμίραμιν.* 69) Symb. II, p. 114. 70) Mionn. III, 335. 398. Suppl. VI, 396. 71) Mionn. III, 262. 288. Eckhel D. N. II, p. 510. Quod nomen aliter accepit Harduin. ad Plin. XVI, 79 *Μεγάλης ΑΡτέμιδος Ναὸν Ασία Συνέκτισεν* (!). 72) Mionn. III, 370.

CAPUT QUARTUM.
De literis et artibus Ephesiorum.

Quamvis in universum nulla fere alia in re populi cujusdam natura atque indoles manifestius apparere videatur, quam in rebus gestis et sacris, quippe quae ab universo populo nascantur atque pendeant, in literis tamen et artibus haud sane minimum adjumentum relictum est, ex quo universi populi ingenium cognosci atque intelligi possit. Quamvis enim a scriptoribus vel artificibus literae et artes colantur, raris tantummodo et tanquam sparsis per totius populi multitudinem, hi tamen ex totius nationis ingenio quasi aluntur atque nutriuntur, nec quod ab hoc alienum sit producere possunt atque creare; ita ut, accedente praetereae ratione, quod intima hominum indoles, multo manifestius in iis, quae sentiant atque cogitent, apparet, quam in rebus gestis, quae a multifariis simul rationibus externis ac vel casibus plerumque pendent, ex literis quoque et artibus non solum magni cujusdam populi, sed vel parvarum etiam civitatium atque urbium indoles atque ingenium manifesto eluceant.

Cujus rei memores, ne quid hac ex parte rerum Ephesiacarum descriptioni desit, de literis quoque et artibus Ephesiorum ita dicendum censuimus, ut, quum sat ampla hac de re materies nobis relicta sit, scriptores primum Ephesios, et temporum et generis librorum ratione habita, enumeremus, tum vero ad singulas artes accedentes, quid magni in unaquaque Ephesii effecerint, quosve artifices Ephesus tulerit accuratius exponamus.

PARS PRIMA.

Scriptores Ephesii.

Μεστὴν δὲ φροντισμάτων οὖσαν (τὴν Ἔφεσον), φιλοσόφων τε καὶ ῥητορικῶν, ὑφ᾽ ὧν ἡ πόλις . . . ἰσχύει σοφίαν ἐπαινοῦσα.
Philostrat. Vit. Apoll. VIII, 7.

Τῆς Ἰωνικῆς ἰδέας . . . σπουδαζομένης μάλιστα ἐν τῇ Ἐφέσῳ.
Philostrat. Vitt. Soph. II, 18.

§. 1.

AETAS PRIMA.

Antiquissima tempora continens usque ad annum ante Christum fere quingentesimum.

De dialecto Ephesina, quam, quum jam de literis dicendum sit, hic priore loco tractandam censui, vix habeo, quod dicam. Quamvis enim, quum in Lydia sita esset Ephesus, valde ab aliis Ioniae civitatibus (multis nempe Lydii sermonis proprietatibus assumtis) dialecto discrepuerit [1]), perpaucae tantum inter vulgarem dialectum Ionicam eamque, qua scriptores Ephesii usi sunt, aut apud ipsos auctores inveniuntur [2]), aut a grammaticis notantur discrepantiae [3]).

---

1) Herod. I, 142. 2) Plurima sunt apud Hipponactem, quae tamen num ad Ephesios tantum, an ad universos Iones pertinuerint, non ubique dijudicari potest; solis Ephesiis peculiaris fuisse videtur forma aoristi verbi *κτείνειν*, quam habet idem in fragmento VI: *Ὦ Κλαζομένιοι, Βούπαλος κατέκτειθεν* apud Welckerum, quem cf. ad hunc locum. 3) Unicum est *ἀφάρει*, quo pro *ἄφαρ* usos esse Ephesios affirmant Lexicogr. Etym. Mgn. et Lex. Gu-

Epicum igitur carmen si primum spectamus, ejus vestigia, etsi, si eum aliis urbibus comparaaris, non multa Ephesi reperiuntur, reperiuntur tamen. Smyrnam enim quum plurima indicia patriam Homeri fuisse indicarent, eamque urbem ab Ephesiis conditam supra probatum sit (cf. c. II, §. 3), Homerum, quippe quem Aeolensem vix appellare liceat, — quae gens post Iones Ephesios Smyrnam occupavit — ex Ephesina quadam familia, quae cum magna civium parte Smyrnam demigraverat, ortum esse, veri haud dissimile est [4]).

Multo vero majoris si nostram urbem spectamus, momenti elegiacum carmen est, quod, ut in universa Lydia antiquitus jam usitatum videtur [5]), Ephesi non solum cultum maguopere scimus, sed vel originem etiam inde traxisse; Callinus enim, quem primum poëtam elegiacum fuisse constat, Ephesius est [6]) ibique, quod ex Trerum incursione concludere licet, circa olympiadem fere vigesimam vixit. Quum enim ad rempublicam omnia ejus carmina spectent, totusque ipse in civium moribus exprobrandis [7]) versetur, animisque contra hostes corroborandis [8]), Trerum etiam eorumque ducis mentio apud eum invenitur; quod unicum fere aetatis ejus indicium est [9]).

Simili quodam morum corrigendorum vel sane vituperandorum studio, iambus natus est, quem et ingeniosissime et acerbissime exercuisse dicitur Hipponax Ephesius [10]), qui sive ol. XXVIII [11]) vixerit, sive, quod verisimilius

---

dian. s. v. ἄφαρει. 4) Quod quum accuratius inquirere hic non locus esset, non tam ex mea sententia proposui, quam ex Muelleri Litt. Gesch. I, p. 72 ss. 5) Franke Callin. p. 5. — Muell. l. l. p. 186. 6) Phot. Bekk. p. 319, b. 11 apud Frank.; Bach. Fragm.

7) Μέχρις τεῦ κατάκεισθε; κότ' ἄλκιμον ἕξετε θυμόν
'Ω νέοι; οὐδ' αἰδεῖσθ' ἀμφιπερικτίονας
'Ωδε λίην μεθιέντες; ἐν εἰρήνῃ δὲ δοκεῖτε
'Ησθαι, ἀτὰρ πόλεμος γαῖαν ἅπασαν ἔχει;

Callinus 1-4. Bach. 8) V. 6 ss. — 14 s. 18 ss. 9) Call. frgm. III. — Muell. l. l. (II, §. 3). 10) Strab. XIV, p. 642. Suid. v. Ἱππ. Clem. Alex. Strom. I, p. 303. Cf. Welcker in ed. sua p. 3, n. 2.

est, ol. LX [12]) in primam, quam nos posuimus, periodum incidit. Qui quanta malignitate atque acerbitate usus sit e fabula, quam Plinius narrat [13]), cognosci potest.

Neque tamen in privatos tantum eum saeviisse, sed ne a republica quidem abstinuisse inde concludi potest, quod a tyrannis, quibus tum Ephesus subjecta erat, Athenagora et Coma (cf. II, §. 4, n. 12. 13), e patria pulsus Clazomenas confugere coactus sit [14]). Praeter iambum et scripsisse dicitur et invenisse parodiam, choliambum, alia [15]).

Antequam vero ad Heraclitum accedamus, Ionicorum qui dicuntur philosophorum principem, quem Ephesium fuisse nemo prorsus ignorat [16]), paucis tantum notandum est, neque ante hunc Ephesum philosophiae honore plane desertam fuisse; nam et inter septem qui dicuntur sapientes Leophantus quidam Ephesius refertur [17]), et Pherecydem Syrium extremam vitae partem Ephesi transegisse scimus ibique mortuum esse [18]).

In Heraclito vero, quippe cujus in philosophia merita et notissima sint [19]), et si de iis agere velim, nimia, quam quae hic exponi queaut, nostrum tantum id est, ut quanta in rebus publicis apud Ephesios ejus auctoritas fuerit breviter exponamus. Quam quae confirment, non pauca sunt. Nam multa ejus dicta feruntur, quibus vehementem se civium suorum contrectatorem [20]) prae-

11) Euseb. n. 1309. 12) Plin. XXXVI, 4, 2. „Hipponactis poëtae — aetate, quem certum est LX olympiade fuisse". 13) Id. l. l. 14) Ὤικησε δὲ Κλαζομενὰς ὑπὸ τῶν τυράννων Ἀθηναγόρα καὶ Κωμᾶ ἐξελαθείς Suid. 15) Suid. — Welcker p. 24, n. 10 qui τὰ ἄλλα apud Suidam lyrica fuisse censet. 16) Diog. L. IX, 1, 1 ἤκμαζε μὲν κατὰ τὴν ἐννάτην καὶ ἑξηκοστὴν ὀλυμπιάδα. 17) A Leandrio apud Diog. L. I, 1, n. 14. Leophantus hic aliis Lebedius erat. 18) Ἦν γὰρ χρησμὸς ὃν ᾔδει Μοῦνος τοῦτο κελεύων Καὶ θνήσκει παρ᾽ ἐκείνοις (Ephesiis nempe) Diog. L. I, 11, 7. 19) Schleiermacher Ueb. d. Philos. Heraklits des Dunkeln. Wolf et Buttmann Museum der Alterthw. Tom. I. 20) Unde ὀχλολοίδορος dictus in epigrammate Timonis apud Diog. L. Cf. paullo in-

buit et in politica scientia quam versatissimum [21]), quare ab ipsis Ephesiis, ut leges sibi conscriberet, invitatus est, quod quamvis corruptum rei publicae statum praetexens recusarit [22]), publica tamen sepultura monumentoque in foro posito honoratus est [23]). Postea quoque numi ejus imagine insigniti sunt [24]).

Hermodorum denique, Heracliti aequalem et amicum huc referre non dubito. Is enim, quum a civibus suis Ephesiis in exilium missus esset [25]), in Italiam se contulisse dicitur ibique legibus quibusdam Decemviris conscriptis [26]) tantam sibi gloriam parasse, ut statuam ejus in Comitio posuerint Romani [27]).

§. 2.

AETAS SECUNDA.

Tempora usque ad Trajani fere Imperatoris Romani principatum continens.

In periodo secunda, quam ad omnigenas scientias conversam videbimus, enarranda eum ordinem sequemur, ut philosophis primum et poëtis enumeratis eorumque,

---

fra in Hermodoro. 21) Diog. L. IX, 1, 2. 7. Adde de re publica eum scripsisse in magni *περὶ φύσεως* operis libro altero, qui *τὸ πολιτικὸν* continebat D. L. IX, 1, 5. 22) Ib. — Quod de democratia tantum intelligendum est, antiquis philosophis semper fere invisa. 23) Diog. L. IX, 1, 3. 24) Mionn. III, 427. Cf. Addend. p. 92. — Suppl. VI, 573. 593. 25) Strab. l. l. *Ἑρμόδωρον ἄνδρα ἑωϋτῶν ὀνήϊστον ἐξέβαλον φάντες· Ἡμέων μηδεὶς ὀνήϊστος ἔστω, εἰ δὲ μή, ἄλλῃ τε καὶ μετ᾽ ἄλλων.* — Cicero Tusc. Qu. V, 36. — Diog. L. IX, 1, 2. 26) *Δοκεῖ δὲ οὗτος ὁ ἀνὴρ νόμους τινὰς Ῥωμαίοις συγγράψαι* Strab. l. l. — Digest. Lib. II, 4. Pomponius de orig. jur. (l. I, tit. 2.) leges duodecim tabularum — quarum ferendarum auctorem fuisse Decemviris Hermodorum quendam Ephesium, exsulantem in Italia quidam retulerunt. 27) Plin. H. N. XXXIV, 11 Hermodori Ephesii (statua) in Comitio, legum — interpretis publice dicata.

qui de artibus scripserunt mentione adjecta, de grammaticis, historicis, medicis denique quam brevissime agamus.

I. PHILOSOPHI.

Ad Academiam pertinuerunt Dias [1]), qui Philippo Macedoni, et Delius, Platonis amicus, qui Alexandro, ut copiis in Asiam trajicerent, persuaserunt [2]); Heracliti, de quo modo diximus, philosophiam secutus est Antisthenes [3]); et ad Cynicorum sectam pertinuit Echecles [4]), quorum nomina tantum novimus.

Dion philosophus Ephesius [5]) fortasse circa aetatem Alexandri M. vixit [6]). Phormio, etsi Ephesius fuisse pro certo affirmari non potest, Ephesi certe vixit, quo tempore Hannibal, qui supplex ad Antiochum M. confugerat (c. II, §. 8), ibi versabatur. Ad Peripateticos refertur a Cicerone [7]); aliis Stoïcus est [8]).

Daphnem Ephesium, Platonicum eundemque medicum inter convivii participes memorat Athenaeus, tamquam Galeni aequalem [9]).

De Maximo philosopho [10]), quem ab anno fere 352

---

1) Philostr. Vitt. Soph. I, 4 p. 8 ed. Kays. 2) Plut. adv. Colotem p. 1126, D (Wytt. Mor. V, 602) *Δήλιος ἦν Ἐφέσιος, ἑταῖρος Πλάτωνος...* 3) Quod ex hisce Diog. L. verbis conjeci (VI, I, 10) *Γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι Ἀντισθένεις τρεῖς, Ἡρακλείτειος εἷς· ἕτερος Ἐφέσιος κτλ.* Unde apparet notum fuisse Heracliteum Ant. Ephesium, aliter enim, quod ubique solet, quis fuerit ille Antisthenes Ephesius adjecisset Diogenes. Neque tamen omni dubio res caret. 4) Diog. L. VI, 6, 5 ubi quos magistros habuerit enarratur. 5) Spon et Wheler I, p. 411 „à Rome sur une frise de la villa Mattei *ΔΙΩΝ ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ ΕΦΕΣΙΟΣ*". 6) Siquidem ex adjecto artificis nomine colligere licet; Sthennis enim circa Alex. M. tempora vixit Mueil. Arch. 124, 1. — Sillig Cat. Art. s. v. 7) De orat. II, 18, §. 75. 8) Stobaeus Serm. LII, p. 366, 25. — Ursin. ad Cic. l. l. 9) Introd. cf. infra VI. 10) Hunc et sequentem philosophum, licet aetate multo posteriores, ut philosophorum seriem plane absolverem, huc rettuli.

Julianus Imperator Ephesi audivit [11]), cujusque religionem ipse, Christianae antea addictus fidei, secutus est [12]), cf. in universum Fabricium [13]). Ad extrema fere imperii Byzantini tempora pertinere videtur **Michael** Ephesius [14]), cujus scholia exstant in Aristotelis libros de somno, de insomniis, de divinatione per somnum caett [15]).

Duorum praeterea Ephesiorum nomina habemus, qui de philosophis scripsisse videntur, **Pisistrati**, quem grammaticum eundem fuisse e sententia quis conjecerit, quam de Aeschinis quibusdam dialogis tulisse narratur [16]), et **Andronis**, cujus de tripode liber valde notus erat [17]). **Alexandrum** denique Ephesium, de quo infra saepius dicendum erit, *διαδοχὰς τῶν φιλοσόφων*, quae sunt apud Diogenem [18]), scripsisse conjecit Vossius [19]).

II. POETAE.

Quum jam de poëtis dicendum sit, nescio an huc referam **Ionem** rhapsodum, qui etsi ipse poëta fuisse non traditur, argumento tamen esse potest, Homeri carmina circa Platonis aetatem [20]) Ephesi non solum non negle-

---

11) De hoc, quem ne cum Maximo Epirota cave confundas: Suid. s. v. *Μάξιμος*. Eunapius. Nicephorus. — Magicas artes exercentem postea interfici jussit Valentinianus Imp. Socrat. Hist. Eccl. III, 1 p. 619. 12) *Εὐθὺς ἐμιμεῖτο καὶ τὴν θρησκείαν τοῦ παιδευτοῦ* Socrat. p. 168 Vales. — *Φιλοσόφων αὐτῷ λόγων καθηγητὴς ἐγένετο καὶ μίσους τῆς Χριστιανῶν θρησκείας* Sozom. V, 2 p. 181 Vales. 13) Bibl. Gr. III, 632, 521. VI, 721 Harl. et quos laudat. 14) „Der Michael E. ist freilich eine ganz unbekannte Person; denn wiewohl ihm Buhle das 11te Jahrhundert anweiset, so scheint doch dies mehr nach Gutdünken geschehen zu sein, als irgend einen sichern Grund zu haben" Schleierm. Abh. d. Acad. 1817, p. 265. 15) Fabr. III, 238. 499. — V. 731. XI, 198 cet. 16) Diog. L. II, 7, 3. 17) Diog. L. I, 11, 6. — Suid. s. v. *Σαμίων δῆμος*. — Schol. Pind. Isthm. II. 18) VIII, 1, 19. 19) De Histt. Graec. opp. IV, p. 159, a. 20) Qui dialogus etsi non Platonis, e Platonis certe aetate est. Cf. p. 541, c.

cta fuisse, sed etiam cum pompa quadam atque luxurie saepissime recitata [21]). Inter musicos mala fama gaudet Batalus Ephesius, auleta, qui haud multum ante Demosthenem vixit. Is enim primus et habitu muliebri in scena incessisse fertur, et fractam quandam modorum mollitiem in artem induxisse [22]).

Zenodotum Ephesium, Ptolemaei Philadelphi magistrum et bibliothecae Alexandrinae praefectum, ut grammaticum sic etiam poëtam fuisse scimus [23]), neque tamen praeter grammatica alia ejus opera nobis nominantur. Cujus enim in anthologia epigrammata tria sunt, is num Ephesius fuerit, ut Brunckhius putavit, dubitat Jacobs [24]). — Idem fere in Menecrate accidit, nam et is grammaticus est [25]) et carmen de re rustica scripsisse traditur [26]); unde Plinio, qui ex eo hausit, simpliciter poëta appellatur [27]). — Musaeus Ephesius carmina nonnulla in honorem Eumenis atque Attali, regum Pergamenorum, quibus inde ab anno 189 subditam Ephesum vidimus (c. II, §. 9) composuisse dicitur, Perseidem [28]), Isthmiaca, alia [29]) — Alexandri Ephesii, „negligentis hominis et non boni

---

21) Ion. p. 530. 22) *Ἱστόρηται γάρ τινα Βάταλον Ἐφέσιον αὐλητὴν γενέσθαι, ὃς πρῶτος ὑποδήμασι γυναικείοις ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἐχρήσατο καὶ μέλεσι κατεαγόσι, καὶ ὅλως τὴν τέχνην ἐμάλθαξεν.* Liban. Vit. Demosth. 2 (p. 4, 24 ss. ap. Bekk. Oratt. Philipp. —). 23) Quod saepius tum factum esse scimus e. g. in Callimacho. De Zenodoto Suidas *Ζηνόδοτος Ἐφέσιος ἐποποιὸς καὶ γραμματικός.* — Villoison Anecd. Gr. p. 204 *Ζην. ἕτερος γρ. καὶ ἐποποιὸς Ἐφέσιος.* 24) Anal. II, 61. — Jacobs Anth. Tom. XIII, p. 964. — Huc etiam Parrhasii epigrammata pertinent Anal. II, 60. Cf. infra p. II, §. 5. 25) Suidas s. v. Aratus *Ἀκουστὴς ἐγένετο γραμματικοῦ μὲν τοῦ Ἐφεσίου Μεν. κτλ.* 26) Varro D. R. R. I, 1 p. 91 ed. Bip. Easdem res (rusticas sc.) etiam quidam versibus (scripserunt) .... Menecrates Ephesius. Laudatur ibid. III, 16, ubi duo apium genera, nigrum et varium posuisse dicitur. 27) Index scriptorum L. VIII. 28) Suid. s. v. *ἐποποιὸς τῶν εἰς τοὺς Περγαμηνοὺς καὶ αὐτὸς κύκλους ἔγραψε Περσηΐδος β. δέκα καὶ εἰς Εὐμενῆ καὶ Ἄτταλον.* 29) Non confundendus est cum Musaeo, qui est ap. Martial. XII, 6. Cf. Schoell. Gr. Litt. Gesch.

poëtae, sed tamen non inutilis et indocti [30])" carmina in re astronomica et geographica maxime versabantur [31]). Cf. infra in historicis et rhetoribus. — Rufo denique medico, de quo infra dicemus, Carmen tribuitur de virtutibus herbarum [32]).

III. AUCTORES, QUI DE ARTIBUS SCRIPSERUNT.

Ephesum quum florentissimam artium, praecipue vero architecturae (cf. p. II, §. 1—3) et picturae sedem (ib. §. 5) fuisse sciamus, mirum videri non potest, quod plures vel patria Ephesios, vel qui ibi vixerint, de artibus scripsisse memoriae traditum sit. Quos vix peculiari hoc loco referrem, nisi illud inde confirmari mihi videretur, artifices scholae Ephesinae nequaquam artis suae scientia atque interiore quadam cognitione caruisse, quae tantopere in schola, quae v. c. Sicyone floruit, laudatur ejusque gloriam non minimam efficit. Sed vel ipsos artifices Ephesios de suarum artium ratione accuratius inquisivisse ex architectis et pictoribus apparet, quos de artibus scripsisse jam videbimus. Inter quos Chersiphronem et Metagenem priores referam (p. II, §. 1), qui commentarios de templo Ephesino reliquisse feruntur [33]); de pictura scripserunt Parrhasius Ephesius, quem in indice auctorum libri XXXV laudat Plinius [34]), et Apelles, cujus liber de pictura ad discipulum memoratur apud eundem [35]).

---

30) Verba Ciceronis Epp. ad Att. II, 20. 22. 31) Unde apud Cic. geographus et astrologus — Strab. XIV, 642. — Frgm. apud Eustath. ad Dion. v. 558. — Steph. Byz. s. vv. Chaonia. Lapeth., ubi ejus Asia et Libya laudantur. 32) Editum ab Aldo 1492. — Fabr. IV, 714 ss. — Galenus ap. Kust. ad Suid. *Ροῦφος*. 33) Vitruv l. VII pr. (de aede) Ionica Ephesi quae est Dianae Chersiphron et Metagenes scripserunt. Cf. tamen Muell. Arch. §. 35, 1 p. 18. 34) Plin. Hist. Nat. L. I. 35) Id. L. XXXV, 36, 23 . . . Apellis discipulus, ad quem de hac arte scripsit.

IV. GRAMMATICI.

Grammaticam primum Ephesi coluisse Zenodotum arbitror, qui quum summa tum gloria gauderet, multos etiam alios, ut idem studium amplecterentur, excitavit. Philetae enim discipulus, primus dicitur Homeri carmina recensuisse, qua re et audacissimum et ingeniosissimum sese praestitit criticum [36]). — Zenodotum secutus est Menecrates, cujus aetatem inde constituere possumus, quod Aratus eum audivisse traditur [37]). Tertium denique novimus Heracleontem, qui, si e fragmentis apud Athenaeum servatis conjicere licet, lexicon videtur scripsisse [38]).

V. HISTORICI.

Inter historicos eos primo loco referam, qui de Ephesiorum antiquitatibus scripserunt sive historia. Hos enim, etsi non omnes diserte Ephesii appellentur, fuisse tamen Ephesios veri haud dissimile est, ibique vixisse prope certum. Quod ad aetatem attinet, eos Alexandrinis, quae dicuntur, temporibus vixisse censeo.

Creophylus *Ἐφεσίων Ὧρους* scripsit [39]), quem quomodo quis pro Creophylo Samio, Homeri magistro vel hospite [40]) accipere potuerit, equidem non intelligo [41]).

---

36) Cf. Suid. et Vill. Ann. I. l. *μαθητὴς τοῦ Φιλήτα ἐπὶ Πτολεμαίου γεγονὼς τοῦ πρώτου, ὃς καὶ πρῶτος τῶν Ὁμήρου διορθωτὴς ἐγένετο καὶ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βιβλιοθήκων προίστη κτλ.* Wolf Proll. p. CXCIX ss. Parthey Alex. Mus. p. 116. 37) Suid. s. v. 38) E. g. *Ἡρακλέων δέ φησιν Ἐφέσιος· „Κάρυα ἐκάλουν καὶ τὰς ἀμυγδάλας καὶ τὰ νῦν καστάνεια“.* Athen. II, p. 52, b. Cf. ib. III, 76, a. III, 111, c. VII, 303, b. VII, 308, f. IX, 503, a. XIV, 647, b. et XI, 479, a cum nota Dindorfii. 39) Athen. VIII, p. 361. 40) Strab. p. 638. 41) Walter Copland Perry, in. dissertationis de rebus Ephesiorum.

Eualces contexuit Ἐφεσιακά[42]). Democritus Ephesius, cujus de templo Ephesino liber citatur, non solum de templo egisse videtur, sed in universum etiam de rebus Ephesiorum disseruisse, quod ex fragmenti cujusdam indole apparet, in quo diversa, quibus usi fuerint Ephesii, vestimentorum genera fuse describuntur[43]). Valde denique lectus Batonis Sinopensis[44]) de tyrannis Ephesiis liber videtur[45]); cujus fragmenta vel aperte hoc nomine relata, vel quae certis ex eo desumta esse argumentis probari potest, hoc fere ordine componenda sunt: 1. Suidas s. v. Πυθαγόρας (cf. „ἐπελπίζων"). 2. Aelian. Var. Hist. III, 26 et Polyaen. Strateg. VI, 50 de Pindaro. — 3. Suid. s. v. Ἀρίσταρχος. — (4. De Coma et Athenagora brevis tantum exstat notitia apud eundem s. v. Ἱππῶναξ). — 5. Arrian. I, 17, 11 de Syrphace. — 6. Polyaen. VI, 49 de Hegesia.

Menandri Ephesii „actus regum apud Graecos et Barbaros" memorantur, quos, quo magis historiae fides constaret, e singularum provinciarum libris dicitur collegisse[46]). Scripsit praeterea περὶ τῶν ἐν Τύρῳ βεβασιλευκότων[47]). — Nescio an Ctesiam huc referam Ephesium, cujus de Perseo libros memorat Vossius[48]). Valde enim suspectus redditur propterea, quod apud Pseudo-Plutarchum „de fluviis" citatur[49]), quos qui laudet omnes fere fictos esse scimus auctores. Sed etiam Alexandrum, quippe quem historiam conscripsisse sciamus[50]),

42) Athen. XIII, p. 573. 43) Περὶ τοῦ ἐν Ἐφέσῳ ναοῦ Athen. XII, p. 585 C. 44) Ebert Rerum tyrannicarum scriptt. in diss. Sicul., ubi de scriptis ejus p. 92—97. Libri tamen de tyrannis Ephesiis vestigia nonnisi in duobus Suidae locis Πυθαγόρας et ἐπελπίζων agnoscere sibi visus est p. 96. 97. 45) Βάτων ἐν τοῖς περὶ τῶν ἐν Ἐφέσῳ τυράννων Athen. VII, 289 C. — Suid. l. l. 46) Sic Voss. l. l. Josephum contra Apion. I laudans, Tertullian. Apol. 19. — Theophil. Antioch. de Autolyc. III. 47) Scal. Append. ad Emm. Tempp. — Joseph. Antt. Jud. VIII, 13 apud eundem. 48) Ibid. p. 168, b. 49) Ctesias περὶ ποταμῶν. 50) Strab. p. 162. Καὶ συνέγραψεν ἱστορίαν (ὁ Ἀλέξανδρος).

rursus hic nominare necesse est. Historicum ejus opus, plures libros continens, „de bello Marsico" laudat Aurelius Victor [51]).

Hisce statim subjungam Artemidorum Geographum, quem circa olympiadem CLXIX vixisse certum est [52]). Periplum maris intra fretum Herculeum magna cum cura undecim libris persecutus est, quem omnibus aliis praeferens in epitomen redegit Marcianus Heracleota [53]). Artemidorum enim cum Strabone et Menippo Pergameno, omnium, qui antea de geographia scripserunt, longe optimum idem Marcianus censuit [54]). Operis titulus videtur *Γεωγραφούμενα* fuisse [55]), quorum singulos *λόγους* modo [56]), modo *βιβλία* [57]), modo etiam epitomen citata invenimus [58]). Hunc ad recuperandos, quos publicani occupaverant, lacuum Selenusiorum reditus Romam Ephesii miserunt (c. II, §. 9), quod quum impetrasset auream ei in foro statuam dedicarunt [59]). Praeter alia scripta Commentarios etiam de legatione sua dicitur reliquisse [60]), eosdem fortasse, quos Athenaeus appellat *Ἰωνικὰ ὑπομνήματα* [61]).

VI. MEDICI.

Medicinam magnopere Ephesi cultam fuisse et frequentes, quos jam referemus, medici illustres docent et familiae quaedam medicorum, quae, cum Aesculapii cultu

---

51) De origine Gent. Rom. c. IX. „Alexander Ephesius libro primo Belli Marsici". 52) Marcian. Heracl. p. 63 (Hudson. Geogr. Min.) Dodwell de Agatharcho (diss. p. III, 17 ap. Huds.) anno Varronis 650. 651 periplum Artemidori editum esse computavit. 53) Ib. p. 65. 54) Ib. p. 63. 55) Athen. VIII, p. 432, f. Fragmenta collecta sunt apud Hudson. Peculiarem de eo librum scripsit S. Hoffmann. 56) Steph. Byz. s. v. „Hemeroscop." 57) Id. s. v. „Carne". 58) Id. s. v. „Crya" Simpliciter *ἑβδόμῳ* s. v. „Hipponesus" vel etiam *πρώτῃ* s. v. „Cabellion". 59) Strab. p. 642. 60) Ib. p. 640. 61) Athen. III, p. 111, d.

fortasse nexu quodam cohaerentes (c. III, §. 12, n. XII) hanc artem a patribus filiis traditam diu videntur servasse [62]).

Eorum vero medicorum, quorum nomina nobis tradita sunt, primus est Xenocrates, quem Plinius de electris „nuperrime" scripsisse refert [63]); ita ut haud errasse videatur Vossius, qui Neronis et Vespasiani temporibus eum vixisse affirmat [64]). Inter medicos a Plinio refertur in indice auctorum libri XXX, qui de medicinis ex animalibus est. Caetera autem scripta ejus in historia naturali versata fuisse e frequenti ejus apud Plinium mentione apparet [65]).

Multo vero majoris auctoritatis Rufus est, medicus clarissimus, qui sub Trajano vixit [66]). Caeterum vero, quam vitam egerit, neque scriptores tradunt, neque ex scriptis ejus apparet, quorum etsi permulta citantur, pauca tantum aetatem tulerunt [67]). In his dictione utitur Attica, simplice, gravi, concisa et brevitate omni verborum pompa ornatiore. Minutissima quaeque practicis libris morborum discrimina notavit, curandi viam iudicavit, uberiorem medendi methodum suggessit. Dogmaticorum praeterea sectae addictus videtur [68]). Cujus scholae prin-

62) In inscriptione Ephesina (C. I. n. 2987) *ἀρχίατρος διὰ γένους.* 63) H. N. XXXVII, 11, 1 „Theochrestus Oceano id (electrum) exaestuante ad Pyrenaei promontorium ejici: quod et Xenocrates credidit, qui de iis nuperrime scripsit". Ephesius nominatur paullo ante c. 9. — Ind. auctt. L. XII. XIII. 64) Hist. Gr. p. 192, b. 65) De crystallis sententia ejus affertur XXXVII, 9. 10; de plantis eum scripsisse inde apparet, quod in indice auctt. l. XII nominatur, qui de plantis est, ut libri XIII, qui de arboribus et unguentis; item L. XXX. — Cf. c. I, §. 6. 66) Suid. s. v. 67) *Περὶ τῶν ἐν κύστει καὶ νεφροῖς πάθων. Περὶ ὀνομασίας τῶν τοῦ ἀνθρώπου μορίων. Περὶ τῶν φαρμακῶν καθαρτικῶν.* Ed. Paris. 1554. (cum Sorano, apud Turnebum). Peculiarem editonem dedit Clinch Lond. 4. 68) Haec ex Fabricio desumta sunt, qui peculiarem de eo dissertationem babet IV, 714 ss. Cf. Sprengel. Hist. med. II, 35 s. (ed. Hall. 1793).

cipem censuit Sprengel [69]) Soranum Ephesium, Menandri filium, qui sub Hadriano et Trajano vixit, Romaeque artem suam dicitur exercuisse [70]). Galeni vero aequalis Magnus Ephesius est, quem tamquam archiatrum sua aetate Romae vixisse tradit Galenus [71]).

Ad aetatem paullo recentiorem referendus est Daphnes Ephesius, medicus ἱερὸς κατὰ τὴν τέχνην καὶ κατὰ τὰ ἤθη et Galeni, qui anno 131 natus est, aequalis [72]). Artemidorum Ephesium (cf. §. 3), qui Onirocritica scripsit et sub Hadriano et Antonino vixit, „medicinae quoque operam dedisse ex his quinque libris (ὀνειροκριτικῶν) perspicuum fit" [73]).

Hisce annumerandi sunt Heraclides, medicus sive chirurgus, qui est apud Fabricium [74]), et Asclepiades ἀρχίατρος ille διὰ γένους, quem ex inscriptione supra jam memorata cognovimus.

§. 3.

AETAS TERTIA.

Tempora usque ad urbis ruinam continens. (A. 262 p. Chr.)

Restat jam, ut de tertia eaque extrema literarum Ephesiarum periodo dicamus, in qua ad scientias vel futiles prorsus, ut onirocriticam, conversos Ephesios animadvertimus, vel sane a pristina dignitate destitutas, ut rhetoricam. Quibus scriptoribus enumeratis et poëseos circa haec tempora Ephesi cultae vestigia colligenda cen-

69) II, p. 12. Ihren höchsten Glanz erlangte die methodische Schule von einem gewissen Soranus cett. 70) Suidas s. v. Editus est cum Rufo. 71) De Theriaca ad Pison I, p. 461. — Cael. Aurel. de acut. III, 14, p. 225 apud Sprengel., qui plura de eo p. 85. 86. 72) Componuntur enim apud Ath. l. l., unde veram personam Daphnem fuisse conjeci. 73) X, 120. — XII, p. 641. 74) Rigaltius in edit. suae praefatione.

sui, et, ne quid hac ex parte desideretur, brevem Christianornm, quos Ephesus tulerit, scriptorum adjeci mentionem.

I. AUCTORES, QUI DE ARTE DIVINATORIA SCRIPSERUNT.

Primum, quem tanquam *ὀνειροκρίτην* citat Artemidorus [1]), de ejusmodi artibus scripsisse censeo Nicostratum; ad quem fortasse referenda sunt, quae „de matrimonio" apud Stobaeum exstant fragmenta [2]). Hoc vero audacter nimirum inde conjicere licet, quod regulas iste Nicostratus apud Stobaeum docuerit, quibus et ex physiognomia et ex voce mulierum de moribus earum certum ferri possit judicium; utitur praeterea dialecto Ionica, eumque Macedonem esse negavit jam Schoellius. Accedit quod pontificem Ephesium Nicostratum in numis habemus Ephesinis et Augusti et Tiberii [3]), quocum munere convenit sane scientia illa, quam exercuisse dicitur Nicostratus. — Sub Hadriano et Antonino Pio [4]) vixit Artemidorus Ephesius [5]), qui praeter *ὀνειροκριτικά*, quae sola aetatem tulerunt [6]), multa alia ejusmodi scripta edidit [7]), quae deperdita sunt quorumque titulos tautum novimus *οἰωνοσκοπικὰ* et *χειροσκοπικά* [8]). Quod ad scribendi genus, quo in *ὀνειροκριτικοῖς* usus est

1) Onir. I, 2 extr. 2) Apud Schoell. Gr. Litt. Gesch. 3) Eckhel D. N. II, p. 518. Augusti est Mionn. Suppl. VI, 317; Tiberii ib. n. 324. 4) Aetas auctoris ex ipso libro constitui potest, *σταδιέα* enim se nosse narrat I, 28, qui in funeralibus Hadriani, ab Antonino Pio a. 138 institutis victoriam rettulit cf. I, c. 66. 5) Daldianum, quo cognomine appellatus saepius invenitur, se ipse nominavit a matris urbe patria (Suid. s. v. „Artem."), quod ipse narrat in prooem. Onirocr. 6) Quinque libros nos habemus; quatuor enim iis, qui apud Suidam sunt (*ὀνειροκριτικὰ ἐν βιβλίοις τέσσαρσι*), quintum, quo *ὀνείρων ἀποβάσεις* continentur, postea ipse Artemidorus adjecit, ut scribit ad filium pr. L. V. 7) Artem. III, 66. 8) Suid. s. v. Quod ad oeonoscopica attinet cf. C. I. 2953. a.

Artemidorus, hoc neque laudari potest, neque vituperari. Quum enim e totius operis consilio nonnisi breves notitiae, observationes, praecepta afferantur, auctorem in dictione elaboranda nullum fere studium ponere potuisse facile apparet; quod vero ad res, ne his quidem magnus fructus percipi potest, exceptis nonnullis capitibus II, 35 ed Reiff p. 200—224), in quibus uberius, nec sine ullo judicio de Deorum natura agitur atque significatione.

De auctore Carminis *περὶ καταρχῶν*, quod in simili quodam argumento versatur, Maximo, num Ephesius is fuerit an Epirota, dubitatur. Plures tamen pro Epirota stant [9]). Quatenus vero Michael Ephesius huc pertineat e scriptis ejus (§. 2, n. I) colligi potest.

II. RHETORES.

De rhetorica, quamvis multo altius ejus origines repetendae sint, hic tamen primum agimus, quod summum florem circa Trajani fere et Hadriani tempora assecuta est.

Saeculo primo ante Christum fere medio [10]) tanta jam rhetorices gloria gaudebat Alexander Ephesius, ut *Λύχνον* eum cives, de quibus etiam in rebus publicis bene meritus fuisse videtur, appellarent [11]). Libros ejus supra jam recensuimus, poëticos, historicos, geographicos; de scriptis vero rhetoricis nihil prorsus constat. Primo post Christum saeculo fere medio Tyranni cujusdam, rhetoris Ephesii, mentionem invenimus, in cujus auditorio Divus Paulus, qui diu Ephesi versabatur, concionem habuisse traditur [12]).

Quantopere vero inde ab his temporibus et litterae

9) Fabr. IX, 322. 10) Aetas ex libri ejus de bello Marsico (§. 2, n. V) mentione, cum Strabonis, qui eum laudat, aetate collata constituitur. 11) Strab. 642. *Τῶν δὲ νεωτέρων Ἀλέξανδρος ῥήτωρ ὁ καὶ Λύχνος προσαγορευθεὶς, ὃς καὶ ἐπολιτεύσατο.* 12) Act. Ap. XIX, 19.

in universum [13]) et rhetorica praecipue et sophistica studia non solum a nonnullis rhetoribus aut sophistis culta fuerint, sed vel ab ipsa civitate aestimata atque ornata, e publicis laudibus et honoribus colligere possumus, quos saepius aut poëtae alicui [14]) tributos, aut sophistae [15]), vel etiam philologo cuidam [16]) dicatos fuisse videmus in titulis Ephesiis.

Quorum rhetorum et sophistarum summos et ipsa Ephesus, tamquam patria tulit et intra sua moenia libenter et magno cum studio convocavit.

Sub Hadriano Imperatore vixit P. **Hordeonius Lollianus** [17]) sophista, Isaei Assyrii discipulus [18]), qui cathedram Athenis primus occupasse dicitur [19]), ibique strategiae quoque munere fungebatur [20]). Nam non solum, quod ad artem rhetoricam attinet, magnopere laudatur, sed etiam politica arte eximiaque justitia inclaruit [21]). Declamatio-

---

13) Huc referendum censeo quod Actt. App. narratur XIX, 15 populum nempe Ephesium, multis fidei Christianae veritatis tactum argumentis, libros 50000 drachmarum pretio in foro contulisse ibique cremasse. 14) De honoribus a senatu poëtae Rhodopiano decretis agere videtur C. I. n. 2957 a. 15) *Κατὰ ψήφισμα* sophista honoratur n. 2998. Cf. Aristid. orr. sacr. Dind. 543. 16) Ib. 3009. *Ἡ βουλὴ ἐτείμησεν Πόπλιον Φλαβιανὸν Ἀπολλόδωρον Ἀσπένδιον, Φιλόλογον*, qui Ephesi vixit ibique sepultus est. 17) Lollianum nostrum, non ut antea creditum est L. Egnatium Victorem esse, sed P. Hordeonium (quem in inscr. Ephesiaa obviam esse oblitus est Kayser, C. I. n. 3003, 3. 4) lapis nuper Athenis repertus docuit, in quo senatus et populus Atheniensis P. Hordeonium Lollianum sophistam publice honorat, cujus apographo accepto Kayserus peculiarem de nostro sophista commentationem scripsit Heidelberg 1841, in qua, quae de Lolliano nota sunt, diligenter collegit auxitque ea, quae olim jam de Lolliano (inscriptionibus C. I. 1, p. 438. 778 fretus) in Philostrati editione ad hujus vitam annotaverat. 18) Suidas s. v. *Λολλιανός· Ἐφέσιος σοφιστὴς μαθητὴς Ἰσαίου τοῦ Ἀσσυρίου· γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ Καίσαρος·* de Isaeo Plin. Epp. II, 3. 19) Philostr. V. Soph. II, 23 p. 39 Kays. — Kayser Loll. p. 9 ss. 20) Phil. l. l. 21) *Σοφὸς τὰ πολιτικὰ δίκαιος καὶ εὐγνώμων* l. l.

nes scripsit [22]) aliaque permulta ad artem rhetoricam spectantia [23]), in quibus etsi stylo minus castigato usus fuisse dicatur [24]), inventio tamen atque expositionis ratio magnopere laudautur [25]).

Non multum ante Lollianum Nicetes sacerdos, qui qua patria ortus fuerit haud traditur, Ephesi docuit [26]), Quintiliani aequalis et, ut hic, Plinii magister [27]). Vixisse eum opinor inde a Claudio fere Imperatore usque ad Trajani aetatem [28]).

Hadriani vero aequalis erat Dionysius [29]), qui, etsi patria Milesius, Ephesi tamen docuit [30]) ibique ad mortem usque habitavit; mortuus vero publicis sumtibus sepultus monumentoque in foro honoratus est [31]).

Ut hujus, sic etiam Phavorini, qui Plutarchi et Frontonis amicus traditur, partes secuti dicuntur Ephesii [32]). Adrianum porro Tyrium [33]), qui sub Antoninis et Commodo vixit [34]), Ephesi artem suam exercuisse scimus, ita ut summo cum jure hanc urbem praecipuam Ionici dicendi generis sedem fuisse contendi queat [35]).

Hunc igitur Adrianum, Ephesi docentem, Damianus Ephesius audivit *μειράκιον* [36]). Clarissimum hunc omnium fere, qui Ephesi docuerunt, sophistam inde ab anno fere centesimo quadragesimo usque ad annum ducentesimum

---

22) Una ex Demosthenis Leptinea ducta citatur (Quint. Inst. V, 14) Wolf. Proll. ad Lept. 37, n. 3. 23) Walz Rhett. VII, 19 cf. Kays. ad Philostr. 24) Phryn. Lob. p. 15. 170. 180. — 25) Philostr. l. l. 26) Dialog. de Oratt. c. XV. — Seneca Controv. III, 25. 27) Plin. Epp. VI, 6, 3. 28) Quod tempus ex collatis Plinii anno natali (LX fere p. Chr. Cf. Cellar. Vit. Pl.) et dialogo de oratt. qui Fl. Vespasiano Aug. VI, T. Vespasiano Caes. IV Coss. habitus est (72 p. Chr.), efficitur. 29) Dio Cassius LXIX p. 789. 30) Philostr. II, 3 p. 73, 17. 31) *Σῆμα* habuit *ἐν τῇ ἐπιφανεστάτῃ Ἐφέσῳ, τέθαπται γὰρ ἐν τῇ ἀγορᾷ κατὰ τὸ κυριώτατον τῆς Ἐφέσου, ἐν ᾗ κατεβίω κτλ.* Phil. I, 22 p. 39, 20. 32) *Προσθέμενοι αὐτῷ οἱ Ἐφέσιοι* Philostratus. 33) Phil. I, 22 p. 43. 34) Kayser ad Phil. II, 18. 35) Phil. ib. p. 97, 10. 36) Phil. II, 23 p. 102. 37) Kayser ad l. l.

decimum vixisse verisimillimum est [37]. Generis splendorem virtute, quam et eximia erga pauperes, quibus aut orationes gratis habuit, aut lectionum mercedem remisit [38], benivolentia et summa in ipsam rem publicam liberalitate probavit [39], et artis suae gloriâ auxit, in qua num forensem eloquentiam magis admirarentur an sophisticam, vel ipsi aequales dubitarunt [40]. Quapropter et a civibus [41] et ab ipso Imperatore Severo [42] summis honoribus affectus est viridamque senectam ad annum vitae septuagesimum feliciter produxit [43].

III. XENOPHON. POETAE.

De Xenophontis, qui praeter notissima Ephesiaca, sive de amore Anthiae et Habrocomae libros [44], etiam de Ephesiorum re publica scripsisse traditur [45], aetate tanta est VV. DD. sententiarum discrepantia, ut, quum neque ex ipso opere neque ex aliorum de Xenophonte judicio [46] certum aliquid hac de re constitui posse videatur, vix certa ferri possit sententia. Maxime tamen probabilia mihi videntur, quae Locella de aetate ejus profert, quibusque saeculo secundo exeunte aut saltem tertio ineunte (vel potius medio, ut equidem opinor) Xenophontem vixisse evincere sibi visus est [47]. Quo vero magis, quod ad aetatem attinet inter se Viri Docti differunt, eo magis in dictione totiusque fabulae habitu

---

38) In foro pauperibus προῖκα τὴν ἑαυτοῦ φωνὴν dabat, et in σοφιστικοῖς τῶν λόγων .. ἠφίει τὸν μισθὸν τῆς ἀκροάσεως. 39) Suis sumtibus ad excipiendas naves onerarias portus exstruxit, opera publica restauravit, stoam ab urbe ad templum duxit (cf. p. II, §. 1). 40) Ἦν δὲ δικανικοῦ μὲν σοφιστικώτερος, σοφιστικοῦ δὲ δικανικώτερος. Phil. l. l. 41) Phil. p. 102. 42) Suid. s. v. Δαμιανός. 43) Phil. l. l. 44) Suidas Ξενοφῶν. Edd. nuperrimae Locellae sunt et Peerlkampii. 45) Περὶ τῆς τῶν Ἐφεσίων πόλεως Suid. s. v. 46) Suidas enim fere solus de eo dixit. 47) In praef. editionis suae passim.

laudandis consentiunt. Recte enim „inesse in ea moris antiqui vestigia" animadverterunt [48]) et „dictionem puram, elegantem, candidam facilem; narrationem pressam, apertam, amoenam" laudarunt [49]). Quod vero ad antiquitates Ephesias attinet multo minores, quam quis exspectaverit, fructus ex eo percipi possunt.

Poëtas praeter Rhodopianum, qui in inscriptione quadam Ephesina nominatur [50]), non novimus; specimina vero poëseos a temporum iniquitate feliciter servata haec apponere placet:

'Οστέα μὲν καὶ σάρκας ἐμὰς σπιλάδες διέχευαν
'Οξεῖαι κρημνῶν ἅλμ' ὑποδεξάμεναι,
Ψυχὴ δ' αἰθέριον κατέχει πόλον· ἀξυνετῶν δὲ
Βουλαῖς ἀνθρώπων τοῦδ' ἔτυχον θανάτου [51]);

et aliud:

'Οκτωκαιδεκάτου με καταρχομένου λυκάβαντος
Ἄρτι τε ῥητορικῆς ἔργα διδασκόμενον,
Λέσβῳ ἐν εὐδένδρῳ βαρυαλγὴς νοῦσος ἐδάμνα
Κοὐκέτ' ἐς ἱμερτὴν γαῖαν ἔβην 'Εφέσου.
Αὐτοκασίγνητος δὲ καμὼν μάλα πολλὰ, τοκεῦσι
Πένθος ἐπ' ὠκνάλου νηὸς ἔδωκε φέρων·
Ναίω δ' ἡρώων ἱερὸν δόμον, οὐκ 'Αχέροντος·
Τοῖον γὰρ βιότου τέρμα σοφοῖσιν ἔνι [52]).

IV. AUCTORES CHRISTIANI.

Christianos denique, quos Ephesus non paucos tulit auctores, quippe qui ad medium potius aevum pertineant, de quo agere hic locus non est, nomine tantum referre satius dixi: Chilam (saec. XIII. Fabric. Bibl. Gr. III, 481), Heraclidem episcopum (Socrat. V, 11, 326. — Sozom. VIII, 6, 333) saec. V, (Fabr. X, 117.

49) Fabr. in praef. vol. XIV Bibl. Gr. ab ipso editae. Cf. Mém. p. l'hist. des sciences 1748 Juin. ap. Loc. 50) C. I. II, n. 2997. 51) Ibid. n. 3026. 52) Ibid. n. 3017.

XII, 624), Marcos (XI, 478. 80, Ducas p. 213 Bekk.), Metrophanem (Fabr. XI, 701), Apollonium (VII, 167), Polycratem (X, 341. XII, 175. 362. 563), et, cujus carmina, didactica fere omnia, nobis servata sunt Manuelem denique Philen, poëtam saec. XIII vel XIV.

PARS SECUNDA.

De artibus Ephesiorum.

§. 1.

ARCHITECTURA.

TEMPLI DIANAE EPHESIAE HISTORIA.

Τίς ποκ' ἀπ' Οὐλύμποιο μετάγαγε παρθενεῶνα
Τὸν πάρος οὐρανίοις ἐμβεβαῶτα δόμοις;
Ἐς πόλιν Ἀνδρόκλοιο θοῶν βασίλειαν Ἰώνων,
Τὰν δόρυ καὶ Μούσαις αἰπυτάταν Ἔφεσον.

Epigr. ap. Natal. Com. p. 142.

Ὁ τῆς Ἀρτέμιδος ναὸς ἐν Ἐφέσῳ μόνος ἐστὶ θεῶν οἶκος.

Philo Byz. Spectac. Mundi. VII.

Circa olympiadem fere quadringesimam illud, de quo jam dicturi sumus, Dianae templum aedificari coeptum est. Nam neque de primo tutelaris Ephesi numinis sacello, in quo nihil artis, ut supra vidimus (cf. c. III, §. 1) positum erat, hic agendum est; neque de templo, quod sub Androclo rege una cum aliis duobus, Iones Ephesii Dianae aedificasse censendi sunt [1]), aliud dicere habe-

1) De hoc nihil prorsus memoriae traditum est; quod et ex rerum Ephesiacarum scriptorum interitu intelligitur et ex recentioris templi gloria, qua prioris aedis ne memoriae quidem locus relictus est.

mus, nisi quod pristini sacelli locum retinuerint [2]), ipsiusque templi structura dorica fuisse videatur [3]).

Ea vero, quam supra diximus, aetate [4]) Ephesii pace cum vicinis gentibus gaudentes magnisque jamjam pollentes divitiis, ac vel Ionum etiam [5]) caeterorumque Asiae populorum et regum auxilio adjuti [6]), aliud templum condere instituerunt, quod et Deae gloria et ipsius urbis magnitudine dignius foret. Quod quum eodem loco, quo antiquiora duo, in media palude situm esset [7]), ingentibus opus erat fundamentis, quare et solum palustre carbonibus calcatis, quibus vellera lanae imponebantur, firmatum est [8]), et, fossis subductis, substructiones immen-

2) *Κεῖνο δέ τοι μετέπειτα περὶ βρέτας εὐρὺ θέμεθλον Δωμήθη* Callim. Dian. v. 248. 3) Qualis Apollinis Panionii templi structura fuisse traditur, quod eodem tempore Iones condiderunt (Vitr. IV, 1), ita ut hujus potius pristini Dianae templi simulacrum fuisse censeamus parvum templum illud, quod in capite statuae Dianae Ephesiae repperit atque recentissimi templi effigiem censuit Caylus M. d. A. d. I. XX, p. 431 ss. 4) Cf. Mueller Arch. d. Kunst. §. 60, p. 39. 40. §. 80, p. 57. — Hirt Tempel der Diana von Ephesus p. 11. — Multo remotiora initia posuit Thiersch Epochen II, p. 136. 5) Vitr. VI, 1. Item postea Dianae constituere aedem quaerentes (Iones). — Dionys. Halic. IV, 25. — Aur. Vict. Vir. Ill. VII, 9 Arnzen. 6) Communiter a civitatibus Asiae factum Liv. I, 45. Tota Asia exstruente Plin. XVI, 79. Factum a tota Asia Plin. XXXVI, 21. Columnae a singulis regibus factae Plin. ib. 7) In solo id palustri facere, ne terrae motus sentiret, aut hiatus timeret. Plin. XXXVI, 21. »In situ templi definiendo (cf. tab. II, a) ab omnium fere, qui de eo dixerunt sententiis recessimus, multis rationibus ducti, ut templi distantia ab urbe, pristini sacelli Pelasgici situ ad Caystrum, ipsius paludis mentione (apud Plinium), cujus situs Xenophontis verbis (Hell. I, 2, 7) diserte constituitur; accedente denique Vitruvii loco X, 6, qui scaporum et epistyliorum vectione descripta, ita de via pergit: nec ullus est clivus, sed perpetuus campus, ut paullo supra campestrem viarum mollitudinem denotarat. Quod in eum tantum templi situm quadrat quem nos posuimus. Cf. Chandler pag. 137. e. a. 8) Diog. Laert. II, 8, 19. Plin. l. l.: ne in lubrico atque instabili fundamenta tantae molis locarentur, calcatis ea substravere carbonibus, dein velleribus lanae.

sae magnitudinis aedificatae sunt [9]), utrique, ut videtur, operi Theodoro Samio praeposito, quem carbones sane fundamentis supposuisse certum est. Quum vero a Chersiphrone nonnisi columnae perfectae tradantur, neque inter hunc et Theodorum ullus alius architectus recenseatur, valde verisimile est, Theodorum praeter opus supra laudatum, conconcamerationes quoque illas aedificasse, quas descripsit Philo Byzantinus [10]). Quibus fundamentis jactis, inventisque a Pyxodoro pastore (cf. c. III, §. 13, n. III), quum jam a Paro, Proconneso, Heraclea, Thaso uti marmore decrevissent Ephesii, candidissimi marmoris venis in monte Prione (cf. c. I, §. 6, n. 17. 18) [11]), Chersiphroni Gnossio aedificii cura tradita est [12]), Croeso regnante suoque auxilio Ephesios adjuvante [13]). Cf. c. II, §. 3, n. 36.

Chersiphroni enim architecto nomen fuisse, quum diu dubium fuerit, num Ctesiphon, an Chersiphron is appellandus sit, tandem apud omnes auctores praevaluit [14]).

---

9) *Ὁ τεχνίτης καὶ τὰ βάθη τῶν ὀρυγμάτων καταβιβάσας εἰς ἄπειρον ἐβάλλετο τὴν κατώρυγα θεμελίωσιν κτλ.* Philo Byzant. Spect. Mund. c. VII. Quod multos in errorem illum induxit, ut substructiones ad paludem occidentalem pro templi fundamentis acciperent. Cf. infra §. 3, n. 19. 10) Rem incertam reliquit Hirt p. 14. „Ob Theodorus weiteren Antheil am Bau hatte, ist nicht bekannt". Theodori pater, Rhoecus, Ephesiis paullo antea Noctis statuam fecerat, quam postea in ipso templo collocarunt. Cf. infra §. 4. 11) Vitruv. X, 7, ubi etiam de honoribus Pyxodoro ab Ephesiis redditis agitur. 12) *Τὸν δὲ νεὼν τῆς Ἀρτέμιδος πρῶτος μὲν Χερσίφρων ἠρχιτεκτόνησεν* Strab. XIV, p. 633. Plin. XXXVI, 21. Vitruv. III, 1. VII, praef. 13) *Κροίσῳ δέ ἐστι καὶ ἄλλα ἀναθήματα ἐν τῇ Ἑλλάδι πολλὰ ... ἐν δὲ Ἐφέσῳ αἵ τε βόες αἱ χρύσεαι καὶ τῶν κιόνων αἱ πολλαί* Herod. I, 92. 14) Ctesiphon apud Vitruvium est III, 1; VII praef., ubi Harduinus Chersiphron — quod et codices nonnulli praebent (Chrysippon, Chresipheon, Cresiphon) cf. de Laet ad VII praef. — recte proposuit Emendd. Plinian. VII, p. 426; praeter quem cf. Tschukke ad Strab. l. l. Sillig Catalogus Artificum s. v., Mueller Arch. p. 57, de Laet ad Vitruv. l. l. p. 124 not. d.

Omni itaque hac de re disputatione missa, mirifica tamen **Forsteri** sententia hic tangenda videtur, qui in commentatione de templo Dianae Ephesiae, diversos Chersiphronem et Ctesiphontem fuisse censuit [15]), quorum alterum, Ctesiphontem, primum templum aedificasse affirmat [16]), alterum autem, Chersiphronem, templum restauratum, Dinocrate anno 331 ab opere revocato, una cum filio ad finem usque perduxisse [17]). Quod refellere non opus est.

Chersiphronis igitur eximia laudatur astutia, qua scapos insolitae magnitudinis — sexaginta enim pedes longi erant (cf. infra §. 2) — a lapicidinis ad templum usque devexit. De materia enim trientali scapos quatuor, duos transversarios interpositos duobus longis, quanta longitudo scapi fuerat, complexit et compegit et ferreos chodaces, uti subscudes in capitibus scaporum implumbavit et armillas in materia ad chodaces circumdandos infixit, item baculis ilignei capita religavit. Chodaces autem, in armillis inclusi, liberam habuerunt versationem tantam, uti cum boves ducerent subjuncti, scapi versando in chodacibus et armillis sine fine volverentur [18]).

Chersiphron ad epistylia usque opus deduxit [19]), quae, sive mortuus fuerit Chersiphron [20]), sive vivus adhuc — ut equidem sentio — filio opus perficiendum reliquerit [21]), filius ejus Metagenes columnis imposuit; qua de re Strabonis verba intelligo, qui paullo post ea quae dedimus n. 12: *εἶτα*, pergit, *ἄλλος ἐποίησε μείζω*; quum enim Metagenes apud Strabonem haud memoretur, neque tem-

15) Mém. de la société des antiqu. de Cassel p. 188. 16) Ibid. p. 194. 17) Ibid. p. 196. 198. 18) Vitruv. X, 6. 19) Plinius etiam haec a Chersiphrone imposita narrat (XXXVI, 21), sed Vitruvio, qui l. X, c. 6 Metagenem hoc fecisse tradit, majorem fidem habendam esse Hirtius jam censuit p. 15. 20) Hoc credit Hirt. p. 14. 21) Rem ita sese habere vel ex commentariis apparet, quos de templo Ephesino una scripsisse traduntur pater et filius. Vitruv. X praef.

plum ipsum, quod ad longitudinem aut largitudinem attinet, umquám auctum sive majus factum esse constet, et de Metagene τὸν ἄλλον, et de epistyliis impositis τὸ μείζω ἐποίησε intelligendum esse manifesto apparet, quamvis hanc vocis acceptionem non omnino solemnem fuisse libenter concedam [22]).

Eodem Metagenes in epistyliis vehendis artificio usus est, quo in scapis pater; fecit enim rotas circiter pedum duodenum, et epistyliorum capita in medias rotas, eadem ratione cum chodacibus et armillis inclusit. Ita cum trientes a bubus ducerentur, in armillis inclusi chodaces versabant rotas. Epistylia vero inclusa, uti axes in rotis, eadem ratione, qua scapi, sine mora ad opus pervenerunt [23]). Neque minorem laudem ingeniosa ratione meruit, qua epistylia columnis imposuit, quod consecutus est aeronibus arena plenis molli clivo [24]) supra capita columnarum exaggerato, paullatim exinaniens imos, ut sensim opus in cubili sederet. Quae rȩs tam mira videbatur, ut vel ipsam Deam limen foribus imposuisse gloriarentur Ephesii [25]).

Operi hucusque perfecto propter temporum iniquitatem, quum et Persicis bellis (cf. c. II, §. 4, n. 15—44) et bello Peloponnesiaco (cf. ib. §. 5) cum tota Ionia nimis exagitata fuisset Ephesus, haud ante nonagesimam fere olympiadem finem imponere licuit [26]). Hoc igitur tempore a Demetrio et Paeonio Ephesiis templum perfectum est [27]), ejusque solennis dedicatio haud multo

22) Cf. Hirtium qui totum locum rejicit p. 15. 16 et Muellerum p. 57, qui τὸν ἄλλον alium atque Metagenem censet. 23) Verba Vitruvii X, 6. 24) „Pulvino" conjecit Hirt. p. 34. 35. 25) Plin. XXXVI, 21 ibique Harduin. Tom. II, p. 741. 26) Neque ante nonagesimam olympiadem, neque post centesimam templum perfectum atque dedicatum esse monuit Hirt. p. 17. Mueller p. 57. Cf. n. 30. 27) Aedes Ephesi Dianae . . ., quam postea Demetrius ipsius Dianae servus et Peonius Ephesius dicuntur perfecisse Vitr. VII, praef.

post, Timothei, Euripidis aequalis [28]), carmine celebrata; refert enim Alexander Aetolus „quanto studio populus Ephesius dedicato templo Dianae curaverit praemiis propositis, ut, qui tunc erant poëtae ingeniosissimi in Deam carmina diversa componerent", et ipsius carminis fragmentum servavit, in quo Timotheus ita de populo Ephesio loquitur:

Ἀλλ' ὅγε πευθόμενος πάγχη Γραικοῖσι μελέσθαι
Τιμόθεον κιθάρης ἴδμονα καὶ μελέων,
Υἱὸν Θερσάνδροιο τὸν ᾔνεσεν ἀνέρα σίγλων
Χρυσείων ἱερὴν δὴ τότε χιλιάδα.
Ὑμνῆσαι ταχέων Ὦπιν βλήτειραν ὀϊστῶν.
Ἥ δ' ἐπὶ Κεγχριῶν τίμιον οἶκον ἔχει [29]). —

Quae dedicatio quocumque tempore facta sit, splendidissimum illud opus, in quo ducenti et viginti anni consumti ferebantur [30]), atque tot hominum opera impensa erat, haud diu integrum mansit; unius enim viri infelici quadam insania incendio petitum, qua nocte Alexander Magnus natus est [31]), etsi non plane dirutum videtur [32]), magno sane detrimento affectum est; interiores enim partes atque cella inprimis laesae sunt flammisque correptae [33]).

---

28) Mueller Gr. Lit. Gesch. II, p. 286. 29) Apud Macrob. Sat. V, 22. Cenchrios autem pro Selenuntibus posuit Timotheus, vel Cenchrio, Ephesiorum fluvio, in errorem inductus, vel de consilio celebriori nomine fluviolos istos appellans. Templum enim illud, quod in Ortygia ad Cenchrium revera habuit Dianae, vix intelligi potest. 30) Plin. XXXVI, 21; quadringenti autem anni, quos idem alio loco habet (XVI, 79) de eo tempore intelligendi sunt, quod a templo perfecto usque ad suam aetatem decurrit; quod ex ipsius verbis apparet: „jam quadringentis prope annis durare materiem". Cf. Hirt. p. 9. —, Salmas. ad Solin. p. 572. b. A. — Forster l. l. p. 188. 31) Strab. l. l. — Valer. Max. VIII, 14. — Gell. II, 6 (p. 137 Gron.). Plutarch Alex. c. III. — Cicero de Natura Deorum III, 27. — Decretum Ephesiorum („communis Asiae" ap. Gellium), quo nomen istius pronuntiari vetitum erat, irritum reddidit Thempompus, qui in historiis nomen vulgavit. Val. Max. l. l. 32) Hirt. p. 18. 33) Quod, quum tectum, scalas,

Nec tamen majus detrimentum erat, quam quod Ephesii restituere potuissent, qui quum multam et ex venditis columnis [34]) et ex mundo muliebri collato [35]) pecuniam sibi comparassent, vel ipsius Alexandri auxilium, qui, dummodo nomen suum templo inscribere sibi liceret, et quos fecissent sumtus, et quos facturi essent se restituturum pollicitus erat, laudabili quadam superbia aspernati, suis impensis templum restaurarunt [36]).

Restaurando autem templo praefuit Dinocrates [37]), architectus regius, quocum una Scopam occupatum fuisse, quamvis omnino certum non sit [38]), verisimile tamen reddunt et quod alia quoque Ephesiis opera fecit Scopas [39]) et quod architecturae quoque alibi operam dedit [40]).

---

all. e ligno fuisse sciamus, non est mirandum. Tecto conflagrato templum sub divo fuisse ex Artemidori verbis apparet: *μετὰ δὲ τὴν ἔμπρησιν τῆς ὀροφῆς ἠφανισμένης, ἐν ὑπαίθρῳ τῷ σηκῷ τινὰ ἂν ἐθελῆσαι παρακαταθήκην κειμένην ἔχειν* apud Strabonem XIV, p. 641. 34) *Ἄλλον ἀμείνω κατεσκεύασαν συνενέγκαντες τὸν τῶν γυναικῶν κόσμον, καὶ τὰς ἰδίας οὐσίας, διαθέμενοι δὲ καὶ τοὺς προτέρους κίονας· τούτων δὲ μαρτυρία ἐστὶ τὰ γενηθέντα τότε ψηφίσματα* Strab. l. l. 35) Huc quoque pertinet lex Ephesiorum apud Aristotelem Cur. Rei famil. Tom. II, p. 285 (Casaub.). 36) *Ἀλέξανδρον δὴ τοῖς Ἐφεσίοις ὑποσχέσθαι τὰ γεγονότα καὶ τὰ μέλλοντα ἀναλώματα, ἐφ' ᾧ τε τὴν ἐπιγραφὴν αὐτὸν ἔχειν· τοὺς δὲ μὴ ἐθελῆσαι· ἐπαινεῖ τε (ὁ Ἀρτεμίδωρος) τὸν εἰπόντα τῶν Ἐφεσίων πρὸς τὸν βασιλέα, ὡς οὐ πρέπει θεῷ θεοῖς ἀναθήματα κατασκευάζειν.* Strab. l. l. Cf. Arr. I, 17 extr. 37) Strab. XIV, p. 634. Vitruv. II, praef. De nomine cf. edd. Strabon. p. 337, n. 3. — Sillig Cat. Art. s. v. 38) Sillig id conjecit ex Plin. XXXVI, 21, loco difficillimo, ubi pro una a Scopa (i. e. columna caelata), quod vulgata praebet et Forsterus ita tuetur: les Ephesiens pourraient avoir acheté quelque part un chapiteau de colonne sculpté par Scopas longtems auparavant p. 220, et pro uno e scapo quod ingeniosa conjectura proposuit Winkelmann (Anm. üb. d. Bauk. Werke I, p. 378. Cf. Clarac et Visconti Description p. 386): codicem Reg. 1. secutus ita legit: Una Scopa operi praefuit Chersiphron i. e. simul cum Scopa (cf. Tac. Ann. IV, 55. VI, 91). Quod sane nullo modo ferri posset, nisi architectos templi saepius confudisset Plinius. Quare ita rem accipere possumus, ut una cum Dinocrate Scopam operi praefuisse censeamus. 39) Cf. infra §. 4. 40) Tegeae Scopas Aleae Mi-

Utut vero est, templum, licet non mutato, quod ad externam aedis speciem et magnitudinem attinet, primi architecti consilio [41]), multo quam antea pulcrius atque magnificentius ex hac restauratione prodiisse constat [42]). Cellam inprimis, quae multo acrius, quam caeterae partes igne petita erat, novo plane consilio architectos aedificasse [43]) praeter Strabonis locum supra laudatum, vel ipsa columnarum caelatarum mentio extra dubium ponit, quas in cella locum habuisse infra docebimus §. 2, quarumque usus nonnisi in tempora recentiora quadrare videtur. — Accedebant sculpta opera, ut statuae et anaglypha, quibus templum multo quam antea, magnificentius ornatum est [44]).

Post Dinocratem vel fortasse cum Dinocrate Thrasonem in templo amplificando occupatum scimus. Fecit enim ille Hecatesium [45]), quod opisthodomum fuisse ex Hecates statua (cf. c. III, §. 12, IX) apparet, quae „post aedem" fuisse traditur [46]) et ex Pandrosei comparatione, quod in Minervae Poliadis aede eundem prorsus situm occupavit (cf. tab. III) [47]).

Sic igitur a septem architectis templum illud splendidissimum perfectum est [48]); neque in eo restaurando,

---

nervae templum aedificavit Paus. VIII, 47, 1 sq. 41) Hirt. p. 19. Cf. Hygin. CCXXV templum Dianae — rege Alexandro restituerunt (Scheffer). 42) Ἄλλον (νεὼν) ἀμείνω κατεσκεύασαν Strab. l. l. 43) Hirt. p. 20. 21. 44) Quod jam Hirtius vidit p. 20. 45) Ἡμῖν δὲ ἐδείκνυτο καὶ τῶν Θρασωνός τινα, οὗπερ καὶ τὸ Ἑκατήσιόν ἐστιν. Strab. XIV, p. 641. 46) In magna aestimatione est .. Menestrati .. Hecate Ephesi in templo Dianae post aedem, in cujus contemplatione admonent aeditui parcere oculis, tanta marmoris radiatio est Plin. XXXVI, 4. 10. Quod de opisthodomo intelligendum esse jam monuit Sillig Catal. Artif. s. v. Menestratus. 47) Cf. Mueller de aede Minervae Poliadis tab. I. Boeckh C. I. I, p. 294. Forchhammer Hellenica Tom. I, tab. I. 48) Ita fortasse Plinii verba intelligenda sunt XVI, 79 „templum septies restitutum", ut, quod de septem architectis sibi traditum fuerit, de templo septies restituto ipse intelligeret.

ornando, amplificando unquam cessabant Ephesii. Nam et neopoeos quam plurimos singularem in templo ornando curam posuisse scimus atque publice hanc ob rem ab urbe collaudatos fuisse (cf. c. III, §. 10, n. 21. 22), et multa templo adjecta esse memoriae traditum est, ut hestiaterium, quod **Damianus** sophista suis impensis (cf. p. I, §. 3, II, n. 36 ss.) e candido marmore in ipso templo aedificari curavit (cf. c. III, §. 10, n. 8. 9). Idem quoque porticum quandam adjecit, qua, ne dum plueret servi a sacris abessent, templum cum urbe conjunctum est [49]), cujusque substructiones in fundamentis illis agnovisse mihi visus sumquae ad muri iustar a porta urbis septentrionali (cf. infra §. 3, n. 31) septentrionem versus ad eum locum excurrunt, ubi templum situm fuisse supra probavimus [50]).

Accedebat praeterea ingens et statuarum [51]) et pictarum tabularum [52]), aliarumque rerum pretiosissimarum multitudo, quae ut Heraditi v. c. Ephesii libri *περὶ φύσεως* [53]), celeberrimi Mentoris opera aurea [54]), Alexandri Cytherii *ψαλτήριον* propter multas chordas notabile [55]) aliaque plurima, in templo deponebantur atque ipsi Dianae consecrabantur; ita ut haec templi ornamenta plurium librorum instar obtinere affirmaret Plinius [56]). Quamobrem, quodsi insolitam quoque templi magnitudinem ejusque structuram pulcerrimam spectaris (cf. infra §. 2), haud miraberis templum nostrum eximiis fere semper lau-

---

49) Philostrat. Vitt. Sophist. II, 19, ubi verba *ἔστι δὲ αὕτη στοὰ ἐπὶ στάδιον λίθου πᾶσα* ita accipienda sunt, ut non totius stoae longitudo stadii fuisse dicatur, sed per stadium tantum porticus illa e marmore facta fuerit. 50) Prokesch Denkwürdigk. p. 104. Chandl. l. infra I. §. 3, n. 31. 51) Thrasonis Penelope et Euryclea; Amazones Phidiae aliorumque. Cf. infra §. 4. 52) Calliphontis Eris, Apellis Alexander, Zeuxidis Menelaus, Parrhasii Megabyzus, Timanthis Palamedes. Cf. infra §. 5. 53) Diog. Laert. IX, 1, 5. 54) Plin. H. N. VII, 39. XXXIII, 55. 55) Athenaeus IV, p. 183. 56) H. N. XXXVI, 21 extr.

dibus apud veteres extolli [57]), ac vel inter miracula etiam mundi a Philone Byzantino [58]), Hygino [59]), Ampelio [60]), aliis [61]) uno quodam consensu relatum esse.

Interiit autem circa annum fere ducentesimum sexagesimum secundum post Christum natum, a Gothis, qui Gallieno regnante totam Asiam minorem vastarunt [62]), funditus dirutum [63]); ita ut ne ex vestigiis quidem de pristina ejus magnificentia conjicere liceat, fatumque illud expletum sit, quod de urbe nostra quondam praedicavit Sibylla [64]):

Ὕπτια δ' οἰμώξει Ἔφεσος κλαιοῦσά παρ' ὄχθαις
Καὶ νηὸν ζητοῦσά τε οὐκέτι ναιετάοντα! —

§. 2.

ARCHITECTURA.

TEMPLI DIANAE EPHESIAE STRUCTURA.

Jam igitur, quum, templi nostri historia enarrata, de structura ejus dicendum sit, antequam ad hanc ipsam accedamus haud alienum videtur pauca de generis Ionici origine praemittere. Magnum enim Ephesini templi in artis historia momentum in eo potissimum positum est, quod in ejus structura Ionicus architecturae ordo et primum apparuerit et ad summam perfectionem pervenisse

---

57) Quae quum omnes fere ad illud Ampelii redeant „Epheso Dianae fanum nobilissimum, maximum, pulcerrimumque orbis terrarum“ eas hic referre supervacaneum mihi visum est. 58) De septem Spectaculis Mundi c. VII. 59) Fabula CCXXIII. 60) Liber memorialis c. VII. 61) Anonymus de Incredibilibus c. II, apud Galeum Opp. Myth. p. 85; apud Westermann. Mythographi Graeci p. 321, 10. 62) Zosimus I, 26. Eutropius IX, 8. 63) Trebellius Pollio Vita Gallieni ap. Salmas. Scriptor. Hist. August. p. 718. Jornandes de rebus Gothicis c. XX. Cf. Arnobium adversus Gentes VI, 23 ed. Orell. Locellam Praef. ad Xenophontem Ephesium n. 16. 17. 64) Clemens Alexandrinus Cohortatio adversus Gentes Tom. I, p. 44, 12.

videatur [1]). Nam quae istius ordinis vestigia multo jam ante nostrum templum conditum in Peloponneso inveniuntur [2]), nec momenti tanti sunt neque tam certa [3]), ut totam istam artis rationem jam tum usitatam fuisse censeas. Quum vero circa eandem fere aetatem, qua nostrum templum conditum est, extra Peloponnesum in ipsa quoque Asia hujus architecturae membra sparsa quodammodo inveniantur [4]), eaque nimis elaborata ac vel cumulatione etiam defigurata, quam quae ad nascentem istum ordinem referamus [5]): manifesto apparet, primariam Graecorum architecturam, ita paullatim hac illa parte immutatam fuisse, ut alius ordinis elementa — licet dispersa neque ulla ratione inter sese cohaerentia — ipsa jam tum complecteretur. Eo autem referenda sunt major columnarum gracilitas [6]), spinae vel bases columnis subditae [7]), volutae [8]), striges

1) Hirt p. 5. Der Tempel der Diana von Ephesus bezeichnet eine wesentliche Epoche in dieser Kunst. Er weckte in derselben einen ganz neuen Geist, und bewirkte den kühnen Umschwung, vermöge dessen es vielleicht allein möglich ward die architektonische Kunst der Griechen auf jene Höhe zu führen, wodurch sie das vollendete Vorbild für alle gebildeten Völker und Zeiten ward. — Postea (Iones) Dianae constituere aedem quaerentes, novi generis speciem .. ad muliebrem transtulerunt gracilitatem Vitruv. IV, 1. 2) Thalamus Ionici ordinis in thesauro erat, quem Myron Sicyoniorum tyrannus Olympiae condidit ol. trigesima tertia. Pausan. VI, 19, 1. 2. 3) Simpliciter enim Pausanias alterum thalamum doricum alterum ἐργασίας τῆς Ἰώνων fuisse dixit; ita ut, quaenam partes Ionicae structurae fuerint vix intelligi possit. 4) Mueller Arch. d. K. §. 244 extr. p. 298. 5) Sic v. g. in ruinis Persepolitanis volutae, quae capituli Ionici speciem praebent, non ipsis columnis tamquam capitula impositae sunt, sed quadrato cuidam corpori supra capitulum imposito ad quatuor latera adjectae. Ker Porter Travels pl. 45, B. 6) In Heraeo quoque Samio, quod nostri templi architecti pater Rhoecus aedificarat, columnas solito multo graciliores esse affirmant, qui hujus templi ruinas invenerunt; Hugh (Tr. in Cicil. I, 287. 288) et Choiseul (I, pl. 53. 54). Cf. Pococke Travels III, I, 7. 7) Bases ejusdem Heraei Samii columnis subditae erant cf. Hugh et Choiseul Gouffier ll. ll. Ex ruinis Persepolitanis bases

inter strias intersertae, quibus solis striatura dorica efficiebatur [9]), epistylia tripartita [10]) et, ni fallor, denticuli quoque [11]). Quas singulas mutationes templi Ephesini architecti complexi atque certa quadam ratione inter se jungentes et componentes novum prorsus architecturae genus constituerunt, quod Ionicnm dictum est vel quia in Ionia primum mutationes istae factae sint, vel quod postea ibi maxime ratio illa usitata fuerit.

Quae quum ita sint, ordinis Ionici originem ex Aegypto deduci non posse facile apparet. Hoc quidem Vir Ill. e patria priorum templi nostri architectorum conjecit, qui quum e Creta oriundi sint, in Cretam autem omnia instituta ac vel ipsas artes ex Aegypto delata censeat Thierschius, Ionicum quoque architecturae ordinem, quod e patria sua in Ioniam deduxerint Chersiphron et Metagenes, ex Aegypto originem traxisse inde concludit [12]). Primum autem, quod e Creta Chersiphron et Metagenes oriundi fuerint, inde etiam genus illud architecturae in Ioniam eos traduxisse nequaquam sequitur, tum vero summum contra istam sententiam argumentum in eo positum est, quod nullam prorsus, ac ne minimam quidem Ionica architectura cum Aegyptiaca habeat similitudinem. — Nihil igitur in hac Doctissimi viri sententia inesse videtur, quod, ne nostram retineamus, impediat.

Nec minus, quam novo architecturae genere, magnitudine nostrum templum excelluit; universo enim templo longitudo erat quadringentorum viginti et quinque pedum, latitudo ducentorum et viginti; columnis altitudo pedum sexaginta [13]); ita ut jam ab Herodoto una cum

---

dedit Ker Porter pl. 43. C. 45, A. B. Has autem ruinas revera eorum, quae diximus, temporum esse, neque post Alexandrum aedificatas probavit Herder Persepol. p. 82—84. Niebuhr ib. p. 87-106. Columnae doricae templi Paestani bases habent Winck. l. l. p. 375. 430. 8). Ib. 45, C. B. 9) Ib. 45, A. B. 10) Ibidem in sepulcris regiis Muell. 244, 6 p. 299. 11) Muell. l. l. et 282, 5 p. 367. 12) Thiersch Epochen d. bild. Kunst. II, p. 136. 13) Plin. XXXVI,

Heraeo Samio templum Ephesinum omnium, quae tum in Graecia erant, maximum appelletur [14]). Aedes octastylos erat, dipteros, diastylos, hypaethros [15]) decemque graduum crepidini imposita [16]). Caeteras mensuras ex iis, quae supra diximus, ex epistyliis triginta pedibus longioribus, ex columnarum denique crassitudine, in qua octava altitudinis pars placuerat [17]) tam subtiliter apud Hirtium computatas invenies, ut ejus calculo nefas foret quidquam adjicere.

Haec quae diximus immutata post incendium manserunt; quae vero praeterea memoriae tradita sunt, ut columnarum numerus atque caelatura de restaurato templo intelligenda sunt, in quo nihil nisi interiores partes, cellam atque opisthodomum, mutatas esse supra jam diximus.

Columnae igitur centum viginti et septem erant, inter quas triginta sex caelatae [18]). In quibus collocandis hanc rationem sequor. Octoginta duas porticus templi continebat et pronaos [19]); triginta sex caelatas columnas ad cellam restauratam pertinuisse vel ex caelatura apparet, quae nonnisi in recentiora tempora

21. — Hnc quoqne pertinent Ampelli verba c. VII „Introitu dextra sinistra postes marmôrei monolithi longi cubitis XX“. 14) II, 148, nbi cum Labyrintho comparantur. 15) Dipteros autem octastylos et pronao et postico, sed circa aedem duplices habet ordines columnarum, uti est aedes Qnirini Dorica et Ephesiae Dianae Ionica, a Ctesiphonte constitnta. Vitruv. III, 1. — Hirt. p. 23. — Mueller p. 57. 16) Phil. Byz. p. 18 (ed. Leo Allat.). — Κρηπὶς τοῦ νεὼ, quae est apud Philostrat. Vit. Apoll. IV, 2 p. 11, in numis quoque conspicitur apud Menetrejum et Olearium ad Phil. 17) Vitruv. IV, 1. Fecerunt primum columnae crassitudinem altitudinis octava parte. Plin. XXXVI, l. l. Primnm colnmnis spirae subdilae et capitula addita. Placuitqne altitudinis octava pars in crassitudine et ut spirae baberent crassitudinis dimidinm septimaeque partes detraherentur summarum crassitudini. 18) Plin. XXXVI, 21 neqne ulla mutatione opus est, qualem proposuit et Hirt et Leakius. 19) In pronao, quem longiorem fecit, rationem non servavit Hirtius, quae inter pronaum, cellam et opisthodomum intercedere debet.

quadrare videtur. Haec enim caelatura ita accipienda videtur, ut capitula, nisi tota e metallis elaborata [20]), ut picta alibi inveniuntur, in templo Ephesino toreuticis operibus ornata fuerint, quorum vestigia etiam in capitulis templi Minervae, quod Parthenon dicitur, olim conspiciebantur. Falso autem Hirtius caelaturam pro simplici striatura accepit [21]), quod ne cum ipsius quidem sententia convenit, quippe qui omnes columnas striatura ornatas censuerit. Accedit numerus columnarum caelatarum, qui quam apte cellae convenerit nemo est qui non videat. Eas autem ita constitui, ut octodecim columnarum porticui similis imposita fuerit στοὰ ὑπερῷος, quam cellarum rationem tunc temporis potissimum usitatam fuisse scimus. Duplicem enim porticum et στοὰν ὑπερῷον habuerunt Minervae Aleae templum, quod Tegeae Scopas exstruxit [22]), Jovis Olympii [23]), alia [24]).

Restant novem columnae, quarum octo, majoris, quam quae in cella erant, diametri Hecatesii lacunaria sustinuerunt, quod, ut Pandroseum in aede Minervae Poliadis, opisthodomi situm in templo Ephesino occupavit et, ut opisthodomus in Parthenone singularem quandam cellam efficiebat, duabus portis cum ipsa cella, una cum porticu templi cohaerens. In opisthodomo Parthenonis modo sex, modo quatuor columnae ponuntur [25]), eaque analogia fultus octo columnas in nostro opisthodomo posui, quippe quod propter templi magnitudinem multo longius fuerit, quam quod in Parthenone erat. Has autem octo columnas in iis agnovisse mihi visus sum, quas e templo Ephesino vel ex ruinis ejus in Ecclesiam Sanctae Sophiae, quae Constantinopoli est, delatas fuisse me-

20) Cf. Plin. XXXIV, 7. 21) Pag. 31. 22) Pausanias VIII, 45, 6. Koner de reb. Tegeat. p. 19, 5. 6. 23) Mueller Arch. 109, 9 p. 92 (ol. LXXXVI). 24) In universum autem, quod quidem ad cellam attinet, Parthenonis structuram secutus sum. Cf. Cockerell apud Bröndstedt Reisen II, p. 123 (Explic. p. 192). 25) Bröndstedt Reisen p. 244.

moriae traditur [26]); octo enim illae erant et viridis coloris, quod in opisthodomum multo melius quadrat, quam in cellam, quae columnas candidi marmoris habuisse videtur.

Ultima denique columna, quae, si numerum apud Plinium non mutamus, superest, pone ipsum Dianae simulacrum collocari potest; quod, quum in universum inaequalis columnarum numeri exempla nequaquam inaudita sint [27]), etiam in Apollinis Epicurii templo observare licet, quod Bassis est [28]).

Hirtius contra inaequalem columnarum numerum inauditum prorsus existimans pro CXXVII apud Plinium CXXVIII legit [29]), easque centum viginti et octo columnas ita distribuit, ut septuaginta et sex in porticu fuerint, quadraginta et quatuor in cella — mira enim ratione in utroque cellae latere duplicem undecim columnarum seriem posuit —; in opisthodomo autem duae et in pronao sex columnas posuit, neglecta prorsus ea ratione, quam inter cellam et pronaum intercedere debuisse praecepit Vitruvius [30]). — Leakii denique delineationem nequaquam sequi licet, quippe quae omnibus fere veterum testimoniis opposita sit [31]).

Tectum templi, quod, ut lacunaria Vitruvius [32]), e cedrinis trabibus fuisse affirmat Plinius [33]), scalis scandebatur, quas, una e vite Cypria factas [34]), inter

26) Anonymus de aede Sanctae Sophiae ap. Banduri Imperium Orientale Tom. I, IV, p. 66 n. 186: *τοὺς δὲ ὀκτὼ πρασίνους κίονας τοὺς ἀξιοθαυμάστους, ἐκόμισε Κωνσταντῖνος στρατηγὸς ἀπὸ Ἐφέσου λελατομημένους.* Cf. Bandur. Tom. II, p. 770. 27) Stackelberg Apollotempel p. 41: „für die Stellung einer einzelnen Säule in der Mitte giebt es auch in andern Musterwerken der Baukunst Beispiele". 28) Stackelb. ibid. Tab. IV. V, 5. 29) Pag. 24. 30) Archit. VI, 4. Cf. Hirt. p. 25. 31) Asia minor p. 351. Cf. p. 346. 347. 32) Archit. II, 9. 33) Hist. Nat. XVI, 79. 34) Etiam nunc scalis tectum Ephesiae Dianae scanditur una e vite Cypria, ut ferunt, quoniam ibi ad praecipuam magnitudinem exeunt Plin. XIV, 2.

cellam et opisthodomum locum habuisse censeo; quem situm scalarum etiam in templo Concordiae Agrigentino observare licet.

Valvae restaurati templi, ut quae in antiquiori erant [35]), e cupresso fuisse traduntur, earumque materiem quadringentis prope annis durare apud Plinium narrat Mucianus ter Consul, omnem novae similem [36]). Postea tamen Trajanus ex manubiis Scytharum novas valvas dedicasse videtur, quae ex ruina anni 262 servatae, ut columnarum nonnullae, Constantinopolin delatae sunt ibique denuo incendio quodam perierunt. Eas autem in topographia Constantinopolitana hisce verbis describit Petrus Gyllius [37]): „porta Dianae Ephesiae, Trajani donum, de manubiis Scytharum continens Gigantum pugnas, Jovis fulmina, Neptunum cum tridente, Apollinem cum sagittis, in parte portae infera Gigantes in dracones impetum facientes, manibus glebas jactantes, oculis truculentis suspicientes“.

Thesauros eodem loco, quo scalae erant, sitos fuisse, Hirtio non concedo. Si enim certae camerae pecuniis recipiendis destinatae erant, istas quas Hirtius posuit ob ingentem pecuniae multitudinem multo minores fuisse facile perspicitur. Contra divitias istas in ipsa cella ejusque stois [38]), vel etiam in Hecatesio [39]) positas

35) Theophrastus Hist. Plant. V, 5 p. 521 (ed. Bodaeus) *τούτων δὲ χρονιώτατα δοκεῖ τὰ κυπαρίττινα εἶναι, τὰ γοῦν ἐν Ἐφέσῳ ἐξ ὧν αἱ θύραι τοῦ νεὼ τεθησαυρισμέναι τέτταρας ἔκειντο γενεάς.* Quem locum vexatissimum (cf. Bodaeum p. 525; Scaligerum ibid.; Salmasium ad Solin. p. 573a. B; Hirtium p. 41) postquam diu multisque modis tentavi, nunc simplicissima ratione ita accipiendum censeo, ut valvae templi antiquioris quatuor fere *γενεὰς* i. e. centum et viginti annos ante Theophrastum — nescio, quam ab causam — ex usu recesserint et in thesauris templi depositae ac servatae fuerint, ubi eas vidit Theophrastus. 36) Plin. XVI, 79. 37) Lib. III, cap. 4 apud Bandur. l. l. Tom. I, p. 396. 38) Hoc Strabonis locus comprobat p. 641. 39) Hac ratione thesauri in opisthodomo Parthenonis, quod vocant, collocati erant. Boeckh

fuisse censeo vel in subterraneis denique concamerationibus, quae in ipsa crepidine sub Hecatesio erant, quod etiam in Erechtheo observare licet, ubi subterraneas quasdam cellas sub opisthodomo fuisse scimus [40]).

Simulacrum Deae non in cavo muri portae principali oppositi positum erat, sed inter medias potius columnas stoae inferioris. Quippe haec cava („Nischen"), quae magnopere dilexisse videtur Hirtius, insolita prorsus apud veteres fuisse nunc inter omnes constat. Ne vero huic, quem equidem conjeci, simulacri loco statuae magnitudinem oppositam censeas, id inprimis tenendum est, eam, si cum aliis compararis, parvam tantum fuisse, quippe quae inde a templo condito numquam mutata crederetur [41]), antiquissima autem signa parva fuisse inter omnes constat [42]). De aulaeo, quo claudebatur hypaethros [43]), egregie egit Hirtius [44]). Sed jam ad rem accedendum est, in qua nihil prorsus me scire ingenue confiteor. Tympana enim, quae alias pulcerrimis plerumque statuis ornata fuisse scimus, quid in nostro templo continuerint, hoc plane ignoro. Quamvis enim acroteria ex numis sat aperte cognosci queant [45]), quae, tacentibus omnibus scriptoribus, numi in tympano exprimunt, ut globum, coronam, ac vel quinque etiam arcus,

---

Staatsh. I, p. 475. 40) Cf. Boeckh. et Muell. ll. ll. §. 1, n. 47. Forchhammer Hellenica I, tab. adj. 41) Plin. XVI, 79. Quamvis res ipsa fide nequaquam digna sit, id tamen ex opinione illa sequitur, neque magnum admodum, neque pretiosum simulacrum fuisse (cf. §. 4); quod si quis in templo tam splendido miretur, et plurima alia simulacra ibi asservata fuisse notandum est (cf. §. 4) et, quo antiquiora eo quoque sanctiora templorum simulacra fuisse eoque diligentius asservata. Cf. infra §. 4, n. 4—7. 42) Magnopere fallitur Hirt, qui (p. 40) chryselephantinum simulacrum fuisse putat et quadraginta pedibus altius (p. 52). Nam neque ullo argumento hoc probari potest, neque veri est simile tantae tamque pretiosae statuae artificem numquam appellatum esse. 43) Paus. V, 12, 4 τὸ παραπέτασμα. 44) Ueber die Bedeckung des Hypaethr. l. l. p. 47. 45) Menetrejus et Harduinus ad Plin. ll. ll.

haec nullo modo locum ibi revera habuisse facile perspici potest [46]).

Conjecturis autem, quae nullo argumento evinci possunt, de industria abstineo [47]).

§. 3.

ARCHITECTURA.

RELIQUA URBIS AEDIFICIA *).

Expositis templi (*a*) historia et structura ad reliqua, quibus urbs nostra abundavit, aedificia transeundum est. In antiquissima Androcli urbe non novimus nisi Dianae templum in foro (*b*), Apollinis Pythii ad portum inferiorem (*c*), Minervae duo, quorum alterum in Athenaeo situm erat (*d*), alterum in Coresso (*e*). De nova urbe quam in planitie condiderunt Ephesii circa Croesi aetatem, nihil certi constat; hippodromus et gymnasia sunt apud Xenophontem **) (cf. c. I, §. 3, n. 1—6). Recentioris autem urbis, quam Lysimachus condidit, magnificentiam et veterum loca nonnulla comprobant ***) et ruinae, quae ad hodiernum diem usque Ephesi conspiciuntur. Anteqnam vero ad ea aedificia accedamus, quorum rudera supersunt, ea priora enumeremus, quorum situs nonnisi conjecturis constitui potest.

Novimus igitur templa nonnulla in Ortygia: Dianae, quod memorat Strabo, Latonae aliorumque Deorum anti-

---

46) Globus ap. Mionnet, Arcus apud Spanhem. Dissert. IX, p. 641. 47) Hirtius in tympano pugnam Amazonum exhibitam fuisse censet (p. 39), in acroteriis boves aureas Croesi (p. 38), Dianam Venatricem summo in fastigio.

*) Numeris et literis iisdem aedificia notavi et in hac paragrapho et in tabula secunda, quo facilius in utraque possent inveniri. **) Hell. III, 4, 16 *παρῆν ὁρᾶν τὰ μὲν γυμνάσια πάντα μεστὰ ἀνδρῶν τῶν γυμναζομένων, τὸν δὲ ἱπποδρόμον τῶν ἱππαζομένων.* ***) Apoll. Tyan. Epist. XXXII *Λίθων ἐν πόλει (τῇ Ἐφέσῳ) . . καὶ περιπάτων καὶ θεάτρων οὐδὲν ὄφελος κ. τ. λ.*

quiora partim, partim recentiora (*f. f*), eorumque situm iis ruinis indicatum censco, quas nuper ibi repperit et pro oppiduli cujusdam reliquiis accepit Graves ****); Curetum sacellum in monte Solmisso (*g*); Apollinis Gypaci aram in Lysso monticulo (*h*); templum (*i*) et aram (17) Latonae in Coresso. Veneris templa duo, quia *ἐν καλάμοις* Dea dicta erat, in palude posui (*k. l*), ubi templum Dianae erat. Olympieum sive Jovis Olympii templum (*m*) in ipso Prione situm fuisse ex numis conjeci, qui Jovem iu summo hoc monte sedentem exhibent. Neptuni templum Posideum (*n*) inter portum et forum situm fuisse videtur, ita ut veri haud dissimile sit, rudera ejus in magnis istis substructionibus relicta esse, quae vulgo pro Dianae templo accipiuntur (19). Agamemnonis sacellum in mediis lacubus Selenusiis situm fuisse traditur.

Sub Augusto templa Romae et Divi Julii accesserunt, quae ut aedificarent solis Ephesiis et Nicaeensibus permisit Imperator †*), quorumque unum in templo Corinthiaco recentiores agnovisse sibi visi sunt, quod iufra describetur n. 16.

Hisce praemissis jam ad ipsam urbem describendam accedamus, qualem nunc ex ruinis cognoscere possumus. Cujus situm et circuitum ut accuratius cognoscamus, opportunissimum videtur ipsius muri tractum sequi †**). Antiquissima igitur quae videtur muri pars, structura quae dicitur pseudisodoma (Vitruv. II, 8 cum impares et inae-

---

f) *Ὄντων δ' ἐν τῷ τόπῳ (τῇ Ὀρτυγίᾳ) πλειόνων ναῶν, τῶν μὲν ἀρχαίων τῶν δ' ὕστερον γενομένων* Strab. XIV, p. 638. ****) Apud Hamilton II, 22. Cf. quae supra de Cenchrio oppido Ephesiorum diximus c. I, §. 3, n. 30. †*) Dio Cassius XLI, 20 (a. u. c. 725 C. Caes. V, Sex. Apulejo Coss.) *τεμένη τῇ τε Ῥώμῃ καὶ τῷ πατρὶ τῷ Καίσαρι, ἥρωα αὐτὸν ὀνομάσας ἔν τε Ἐφέσῳ καὶ ἐν Νικαίᾳ γενέσθαι ἐφῆκεν.* Cf. numos Ephesinos cum Dea Roma et Romulo §. 6 extr. †**) Murum dedi ex comparatis descriptionibus Pocockii p. 53 ss., Chandleri p. 175 ss., Fellows p. 274 s., Prokeschii II, p. 118 s., Hamiltonii II, p. 26 ss.

quales ordines choriorum diriguntur), decem fere ad duodecim pedes alti (Prok. 130. 131) summum Coressi jugum occupans a meridie ad septentrionem et occidentem versus excurrit (1) usque ad parvam illam convallem, quam Coressum ab Athenaeo monticulo separare supra vidimus (c. I, §. 2, n. 11. 12), ubi porta est admodum antiqua, pulcra tamen structura et optime servata (2). Tum murus eodem tractu Athenaeum ascendit, ita ut hujus pars septentrionalis intra muri circuitum contineatur, meridionalis autem et occidentalis extra hunc relictum sit (*Τὸ Ἀθήναιον τὸ νῦν ἔξω τῆς πόλεως ὄν* Strab. XIV p. 640).

Summo igitur Athenaei fastigio occupato ad septentrionem et paullulum tantum ad occidentem murus vergit et prominentem quandam Athenaei partem secutus prope ipsam declivitatem in turrim quadratam exit, et ipsam valde antiquam, quatuor cameras angustas continentem pulcrisque portis ornatam, quae vulgo Divi Pauli carcer audit (3).

Ab hac turri rupem proclivem descendit et tractu paullulum in angulum meridiem versus inflexo, qua parte porta fuisse videtur (4) (cf. c. I, §. 3, n. 33) et palus permagna sita est, ubi portus quondam erat inferior, ad septentrionem denuo vergit et ad occidentem magnarum illarum substructionum transit, quas infra describemus (19). Hisce relictis ad orientem statim inclinatur et, magnis arcubus hac parte instructus (5) et parvi cujusdam monticuli jugum secutus ad portam exit (5a), qua supra c. I, §. 3, n. 39 Colophonem proficiscentibus viam fuisse diximus. Supra hanc, tractu non mutato murus longius paullulum excurrit et meridiem versus inclinatus,

(1) Hamilt. p. 26. Prok. p. 118 caett. (2) Hamilt. p. 27. (3) Prokesch p. 116. 117 falso hanc turrim temporibus Byzantinis aedificatam censuit; ad antiquissima urbis tempora eam pertinere ex structura inprimis portarum apparet, quas delineavit Kiepert. Dallaway 221. Arundel Disc. p. 256. (4—5a) Chandl. p. 165.

ubi *πύλαι Μαγνητίδες* sunt (6) (cf. c. I, §. 3, n. 35. 38), ipsum Prionem ascendit, cujus declivitatem ad meridiem versus sequitur et mox prope Gymnasium (10) in sinum quendam orientem versus inflexus in convallem inter Coressum et Prionem, ubi porta fuisse videtur (7), descendit alteraque ex parte Coressum rursus ascendit et jugum ejus attingit eo loco, unde supra profecti sumus.

Prion autem mons praeter eum muri tractum, quem modo descripsimus, aliis quoque munimentis in acropolis modum cinctus fuisse videtur, quod in clivo orientali murus testatur magnis arcubus exstructus (8) atque alius muri ruinae in crepidine meridionali, quarum pars in Lepre acte (cf. c. I, §. 2, n. 18), pars pone Odeum et *τέμενος* infra descriptum (11) sita est (9).

Urbis igitur circuitu cognito eadem via ipsam urbem perlustremus et quae ibi inveniuntur rudera, ea accuratius describamus. In convalli itaque inter Prionem et Coressum **Gymnasium** inprimis notandum est (10), ad ipsius Prionis radices situm et aetate fere eadem exstructum, qua urbs Lysimachi condita est (Hirt Gesch. der Baukunst II, p. 160). Hoc describere eo lubentius supersedeo, quo accuratius jam ab aliis descriptum est et delineatum (Hirt l. l. tab. XIV, 21. Antiquit. Ion. p. 229, tab. XXXIX. XL). Gymnasium sequitur sacellum quoddam sive *τέμενος* valde antiquum in ipso lapide excavatum, octoginta pedes et longum et largum eaque facie, quae ad Odeum spectat, tribus arcubus ornatum (11). Hoc **Odeum** excipit in ipsius montis acclivitate aedificatum

---

(6) Prokesch p. 104. (7) Muraille qui s'étend au midi, continuation de celle du mont Lepré Pococke p. 54. De porta Chandl. p. 176. Fell. (8) Prokesch p. 103. (9) Kiepert. (10) Au sud-est de la montagne Pococke p. 53. Dallaw. p. 223. Intra murum situm est (Chandl. p. 176) et porticibus cinctum Poujoul. p. 289. Chandl. p. 172. Prokesch p. 125. 126. Pro villa imperatoria accepit Fellows. (11) Hoc viderunt Kiepert et Welcker. Cf. Prokesch p. 125.

(12), ante quod area quaedam extenditur 225 fere pedes longa, larga centum (Prokesch p. 125).

In Coresso super multas, quae in convalli sparsae sunt ruinas (13), sepulcra tantum cognoscuntur (14), quae etiam in Prione animadvertuntur (15). Paullo superius in infimis Coressi clivis templi ruinae inveniuntur ordinis Corinthiaci centum et triginta pedes longi, largi octoginta, et quatuor columnis in antis ornati (16). Quae deinde sequitur Coressi pars, in ea sepulcra tantum obviam fiunt (14*), ara, eadem procul dubio, quam in Coresso Latonae aedificatam tradit Stephanus Byzantinus (17), et aedificii cujusdam ruinae olim quam splendidissimi (18). Ad septentrionem versus et in fronte paludis istius, quam portum quondam fuisse inferiorem supra diximus, immensa fundamenta magnis fornicibus, quorum nonnulli coctis lateribus aedificati sunt, exstructa conspiciuntur, quae propter ingentem aedificii magnitudinem falso olim pro ipsius Dianae templi substructionibus habita sunt (19) cf. supra

---

(12) Pococke p. 55. Chandl. p. 171. Poujoul. p. 290. Prokesch p. 125. (13) Murum Prionem et Coressum conjungentem ibi describit Pocock. p. 56, quem tamen Kiepertius non vidit. Portam habet Tournefort, in tabula sua n. 7 insignitam. (14) Chandl. p. 176. Ad sepulcra in ipsa urbe pertinuerunt inscriptiones Ephesinae ap. Boeckhium C. I. n. 3006. 3007. 3017. (15) Descripsit Prokesch p. 126. 127; ad sepulcrum in Prione inscriptio Ephesina spectat n. 3018. (14*) Chandl. p. 176. (16) Chandl. p. 174 „die Zelle war aus grofsen Steinen gebaut, der Porticus von Marmor. Dies war ein Tempel in antis von der schönsäuligen Art und hatte vier Säulen zwischen zwei Wandpfeilern. Ihr Durchschnitt ist 4 Fufs und ungefähr 6 Zoll, ihre Länge 39 Fufs 2 Zoll, die Basis und das Kapitäl mit eingeschlossen 46 Fufs". Poujoul. p. 291. Prokesch p. 124. Hamilt. p. 26. Delineatum est apud Choiseul-Gouffier et Ion. Antiquit. II, p. 30, tab. XLIX. — Dallaw. p. 219. (17) Steph. Byz. s. v. Κορησσός. Chandl. p. 175. (18) Chandl. p. 175. Hoc tamen non vidit Kiepert. (19) Pococke p. 63, Spon et Wheler p. 252—255. Caylus Mém. de l'acad. des Inscr. XX, p. 443, Choiseul-Gouffier et Fellows, quos postquam refutarunt Chandler p. 173 ss., Leake

§. 1, n. 7. Non procul ab his ruinis in monticulo supra descripto, ubi fontem vidit Hamilton p. 25, nonnullorum aedificiorum rudera inveniuntur (20).

In spatio vero, quod ex occidente muro, ex oriente Prione monte comprehenditur, haec continentur. F o r u m in medio situm est (21), ducentos fere passus et longum et largum (Prokesch p. 124), porticibus quondam ornatum et multis iisque publicis, ut videtur, aedificiis cinctum (22) atque meridiana facie templo Corinthiaco oppositum (16). Orientalem autem faciem via tangit, quae ad septentrionem versus (23) ad portam excurrit in muro septentrionali, ad meridiem autem versus (24) postquam tractu paullatim inflexo Smyrnam transiit, inter Odeum (12) et ruinas in Coresso (13) pone Gymnasium ad *πύλας Μαγνητίδας* exit, in ea muri parte, quae ad meridiem atque orientem paullulum vergit.

Quam viam si ad septentrionem versus sequimur in dextra et foro oppositum aedificium primum obviam fit permagnum coctisque lateribus exstructum (25), quod pro p o r t i c u porticu accepit Kiepert. Hoc sequitur, et ipsum foro oppositum t h e a t r u m permagnum (diam. ext. 666 ped., int. 240. Cockerell apud Leakium p. 328) in ipso monte excavatum atque scena ad mare vergente pulcerrimo quoque situ quondum gavisum (26). Porticu id circumditum erat (Chandl. p. 171) atque sedibus olim marmoreis ornatum, litteris ut *A*, *B*, *Π*, *X*, *Ψ* et syllabis ut *AN*,

---

p. 258. 259, Poujoulat p. 291, rursus in hunc errorem relapsi sunt Prokesch p. 109 ss. et Hamilton p. 24. Cf. Dallaway p. 220. Arundel Disc. p. 254. (20) Pocock. p. 57. (21) Chandl. p. 174. Poujoul. p. 290. Prokesch p. 124 s. Dallaway p. 220. (22) Chandl. p. 175: „vielleicht Arsenäle, Schatzkammern und Gefängnisse". *Δεσμοτήρια* et *βουλευτήρια* sunt apud Achillem Tatium. Heracliti, Damiani, Apollodori, Dionysii monumenta novimus in foro. (23) Pocock. p. 57. Chandl. p. 173. 174. (24) Cf. eosdem. ll. ll. (25) Edifice de briques Pocock. p. 56. Magnitudinem descripsit Fellows p. 273. (26) Pococke p. 56. 62.

EPΩ insignitis, quae hodiernum usque diem in muro arcis Ajasluk oppidi cognoscuntur (Prokesch p. 94).

In sinistra autem paullo supra forum magnum aedificium sequitur (27), a foro via quadam separatum, et ruinae nonnullae inter quas via quondam ad aedificium illud perduxisse videtur, cujus relliquias supra descripsimus (19). Quae ubi viam principalem tangit, altera ex parte opposita est porticus (28) paullo supra theatrum sita, eamque excipiunt magni cujusdam aedificii ruinae coctis lateribus exstructi (29).

Non procul ab hoc aedificio viam principalem ex oriente alia via scindit (30), quae ad muri orientalis angulum septentrionalem excurrens porta finitur (6), qua via ad templum et Sardes versus proficiscentibus erat Ab hac magnae substructiones in muri modum septentrionem versus excurrunt (31), quas pro fundamentis porticus illius accipiendas censeo, qua urbem quondam cum templo conjunxit Damianus sophista. Cf. supra §. 1, n. 50.

Quodsi parvam hanc viam ad orientem versus sequimur, ad dextram ingens s t a d i u m est ordinis Ionici (Pocock. p. 58), quod septentrionali facie ipsam viam spectat, meridionali autem, qua parte multo altius erat (Chandl. pag. 169), in ipsius Prionis parte septentrionali aedificatum est (32), sedibus tamen, ut quae in theatro erant, Ajasluk delatis (Prokesch p. 94). Longum erat pedes 687 (Chandl. p. 169. Prokesch p. 104) et, qua parte ad viam minorem (31) spectat, magnis fornicibus exstructum; qua ad majorem (23), muro cinctum, qui hemicyclii formam prae se ferens portam in medio habet (33)

Spon et Wheler p. 249. Leake et Chandler ll. ll. Poujoulat pag. 290. Fellows pag. 274. Prokesch pag. 94. (27—29) Choiselii tabula. Kiepert. (30) Pocock. p. 59. Chandl. p. 173. Poujoul. p. 290. (31) Prokesch p. 104. Chandler p. 176. Pococke p. 69. Kiepert. (32) Pococke p. 57. Chandl. p. 169. Dallaw. p. 219. Poujoul. p. 289. Fellows p. 274. (33) Au

marmore aedificatam pulcerrimisque anaglyphis ornatam (Prokesch p. 105). Ad sinistram autem hujus viae, quae sedibus quondam ex utraque parte ornata erat (Pococke p. 59), vel porticibus (Chandl. p. 173. Poujoul. p. 290), ingens aedificium est, circo oppositum, arcubus exstructum et summo splendore aedificatum (34).

Jam igitur, si puteal candidi marmoris adjicias, stadio citra viam oppositum (35), aedificiis omnibus, quae ex ruinis cognosci possunt, enumeratis, de aequaeductibus, licet extra urbem sitis, pauca dicenda sunt. Quorum unus, Pactyam cum parvo monticulo, in quo Ajasluk est, conjungens, ad orientem excurrit, quadraginta quinque vel uno et quinquaginta arcubus impositus et temporibus Byzantinis ex ipsius Ephesi ruinis aedificatus (36); alter viam illam, quae Scalam novam fert, secutus, ad meridiem convallem transit in jugis Coressi (37 in tab. I); tertii pars conspicitur in Selenuntis convalli, triginta fere stadia meridiem versus ab urbe distans et tribus arcubus, quibus sex minores impositi sunt exstructus (38 in tab. I). Inter hunc aequaeductum et ipsam urbem sacelli cujusdam rudera sunt, inter cujus columnas et epistylia inscriptionum fragmenta invenit Kiepert, ut *EPI ...... TYMBOΣ*; unde ad sepulcrum vel heroum rudera haecce pertinuisse intelligitur.

---

couchant muraille demicirculaire avec une porte Pocock. p. 60. An der Vorderseite ein Schwibbogen Chandl. p. 170. Dallaway p. 219. Prokesch p. 105. (34) Pocock. p. 60. Chandl. p. 173. Prokesch p. 105. (35) Marmorbassin von 15 Fufs Radius Chandl. p. 173. (36) Tournefort in explicatione tabulae. Chandl. p. 164. Prokesch. p. 127. Hamilton p. 25. Dallaway p. 226. (37) Pococke p. 71. Chandler p. 200. Hamilton p. 22. (38) Pococke p. 69. Chandler p. 200. Arundell Discov. p. 243. Delineatus est ap. Choiseul-Gouffier et a Kiepertio.

§. 4.

STATUARIA.

Ad antiquissima, quae Ephesi videbantur, hujus artis opera ipsius Dianae simulacrum pertinet, cujus formam et attributa supra jam descripsimus c. III, §. 1, n. 3—5.

Ξόανον illud, quod modo cedrinum fuisse [1]), modo vitigineum [2]), modo ex ebeno factum traditur [3]), summam cum antiquissimis Graecorum simulacris prae se fert similitudinem; nam ut Junonis simulacrum apud Argivos [4]) et Apollinis apud Dorienses simplex *κίων* [5]), Junonis signum apud Samios *σανίς* [6]), Minervae apud Lindios *λεῖον ἕδος* [7]), Veneris apud Paphios meta appellatur [8]): nostrum simulacrum *βρέτας* audit [9]) et, ut Palladium Trojanum [10]) aliaque Graecorum simulacra quam plurima [11]) *διοπετές* i. e. e coelo delapsum credebatur [12]).

Quamvis igitur propter summam simulacri vetustatem artifices ejus vix noti esse potuissent, Ephesii tamen, solito Graecorum more, modo Pandemion statuam illam fecisse narrarunt [13]), modo Endoeum, Daedali discipulum, qui Minervae quoque antiquissimum signum Ephesiis fecisse tradebatur [14]).

Illud igitur antiquissimum simulacrum, per tot saecula numquam mutatum est (cf. §. 2, n. 41. 42) [15]) ne-

1) Vitruv. II, 9. 2) Mucianus apud Plinium XVI, 79. 3) Ceteri ex ebeno esse tradunt Plin. l. l. 4) Clem. Alexandr. Stromat. I, p. 418. 5) Mueller Dor. I, p. 299. 6) Callimachus ap. Euseb. Praep. Evang. III, 8. 7) Mueller Arch. 66, I p. 45. 8) Tacit. Hist. II, 3. 9) Callimachus Hymn. in Dian. v. 237. 248. Cf. *τὸ βρέτας Διὸς τροπαῖον* Eurip. ap. Muell. 10) Apoll. III, 12, 3 *τὸ διιπετὲς Παλλάδιον πρὸ τῆς σκηνῆς κείμενον ἐθεάσατο* P. 106, 32 ap. West. 11) Creuzer Symbolik I, p. 15. 12) Act. Apost. XIX, 19. 13) Mucianus apud Plinium, qui jure hoc miratur. 14) Athenagoras Orat. pro Christ. p. 134 (ed. Rechenberg, 1634) *τὸ μὲν γὰρ ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀρτέμιδος (εἴδωλον) καὶ τὸ Ἀθηνᾶς ... Ἐνδυὸς εἰργάσατο, μαθητὴς Δαιδάλου.* Ad Ephesiam quoque rettulit editor, quod paullo post sequitur *καὶ ἡ Ἄρτεμις Ἰδεκταίου καὶ Ἀγγελίωνος τέχνη.* 15) Numquam mutatum refert

que unquam majori statuae eique chryselephantinae et quadraginta pedibus altiori, ut credit Hirtius, praecipuum cellae locum cessisse videtur [16]); mirum enim foret tam magni operis, quod celeberrimis Phidiae et Polycleti statuis aequari potuisset, artificem numquam nominatum, ac ne mentionem quidem unquam factam esse. Praeterea autem aliae quoque et ejusdem Deae [17]) et aliorum numinum statuae in templo conspiciebantur [18]), quas cum reliquis Ephesi olim conspicuis hujus artis operibus jamjam referamus.

Primario autem Dianae Ephesiae simulacro similia fuisse videntur *τὰ ἀρχαῖα ξόανα*, quae in antiquissimis templis Ortygiae asservabantur [19]). — Ad provectioris artis aetatem Nox pertinet, quam Rhoecus, Theodori architecti pater, Ephesiis fecit [20]). Theodorus autem, praeter ea, quae in templo eum fecisse supra diximus, dimidiam Apollinis statuam Ephesi perfecit, cujus altera pars propter insolitam magnitudinem, Sami a fratre ejus elaborata est [21]).

De bovibus aureis, quas Croesus Ephesiis dono dedit supra jam diximus §. 1, n. 13. Florentissimis denique artis statuariae temporibus certamen, quod proposuerunt Ephesii, celeberrimos artifices in nostram urbem convocavit [22]). Quamvis enim de certamine, proprie sic dicto, aliqua saltem ex parte dubitari liceat [23]), id certe constat, artifices, qui Ephesi praesentes erant [24]), suam

---

Mucianus ap. Plin. l. l. 16) Pag. 40. 17) Xenoph. Exped. Cyri V, 3, 12. Duplex Ephesiae statua est in numis Ephesinis Morell. Num. Imp. Aug. XLII, 13 ap. Gerhard Prodr. 134, 37, quem confer. 18) Caesar Bell. Civ. III, 32. Cf. Davis et Oudendorp ad h. l. 19) Strab. XIV, p. 639. 640 *ἐν μὲν τοῖς ἀρχαίοις ἀρχαῖά ἐστι ξόανα.* 20) Pausan. X, 38, 6. 21) Diogen. Laert. 22) *Μετὰ δὲ οὖν τὸν νεὼν τὸ τῶν ἄλλων ἀναθημάτων πλῆθος εὑρέσθαι τῇ ἐκτιμήσει τῶν δημιούργων* Strab. XIV, p. 640. 23) Meyer Gesch. d. Kunst II, p. 65. — Muell. Arch. §. 121 p. 109. — Optime de hoc certamine Groskurd ad vers. germ. Strab. l. l. 24) Plin. XXXIV, c. 19.

quemque statuam publico judicio exposuisse. Fuerunt autem artifices hi, Polycletus, cujus statuam ex aere factam, quippe quam secundam a sua quisque artificum judicassent, tamquam probatissimam eligi placuit [25]), Phidias [26]), Ctesilaus [27]), Cydon [28]), Phradmon [29]). Posteriore aetate et Praxiteles artem suam Ephesi exercuit, qui aram Dianae Ephesiae sculptis operibus ornavit [30]) et Scopas, qui, ut in templo restaurando et ornando occupatus erat (cf. §. 1, n. 38), sic quoque Latonae et Ortygiae, Dianam et Apollinem in ulnis gestantis statuas fecisse videtur, quae in recentioribus Ortygiae templis conspiciebantur [31]).

Circa eandem fere, qua Lysippi Alexander in Artemisio positum est [32]), aetatem Thrason, quem Hecatesium fecisse supra diximus (§. 1, n. 42 s.), statuas quoque fecit Penelopen et Eurycleam [33]). Menestratus Herculem fecit [34]) et Hecaten in Hecatesio [35]). Idem fortasse est, cujus no-

25) Plin. l. l. — VIII, 19. — Mus. Pio Clem. II, 38. 26) Muell. Arch. l. l. — Denkm. d. alt. Kunst I, 31, 138. 27) „Tertia Ctesilai" Muell. l. l. I, 31, 137. 28) „Quarta Cydonis" Meyer II, p. 79, n. 99. 29) „Quinta Phradmonis" cf. Pausan. VI, 8, 1. 30) Strab. p. 641 τὸν δὲ βωμὸν εἶναι τῶν Πραξιτέλους ἔργων ἅπαντα σχεδόν τι πλήρη. 31) Strab. p. 640 ἐν δὲ τοῖς ὕστερον σκολιὰ ἔργα· ἡ μὲν Λητὼ σκῆπτρον ἔχουσα, ἡ δὲ Ὀρτυγία παρέστηκεν ἑκατέρᾳ τῇ χειρὶ παιδίον ἔχουσα, ubi Σκόπα pro σκολιὰ legendum esse (ut est ap. Strabon. XIII, pag. 604 Σκόπα ἔργα), cujus multa in Ionia opera memorantur (Pausan. VIII, 48), nonnulli jam animadverterunt. Quam emendationem, licet contra dixerint Ilgen opp. phill. I. pag. 317 et Jacobs Amalthea II, pag. 237 ss. (cf. Tom. III, praef. p. X) retinendam censeo, quia tempora tantum opponit Strabo: in antiquis templis antiqua simulacra fuisse dicens, in recentioribus recentiora, a Scopa facta; et praeterea, quod, quamvis Ilgenii de sensu vocis σκολιός sententiam nequaquam impugnare velim, tam nude tamen, neque ulla voce adjecta eam usurpari, nullo modo placet. 32) Meyer I, p. 208. 33) Ἡμῖν δὲ ἐδείκνυτο καὶ τῶν Θρασῶνός τινα .. Πηνελόπεια καὶ ἡ πρεσβῦτις ἡ Εὐρύκλεια Strab. XIV, p. 641. 34) Plin. XXXVI, 5, 4. 35) Plin. II. XXXVI, 4, 10. Cf. supra §. 1, n. 46.

men reperitur in inscriptione quadam insulae Cei [36]) et apud Tatianum [37]). — Multa praeterea Myronis [38]), Euphranoris [39]), Clesidis [40]), aliorum opera Ephesi exposita erant.

Horum nullus Ephesius; neque tamen desunt plane, quos ipsa Ephesus tulerit sculptores. Circa diadochorum enim tempora, quum in permultis Asiae civitatibus sculpturam florentem inveniamus, Rhodi [41]), Trallibus [42]), Pergami [43]), Ephesi quoque scholam quandam sculptorum floruisse e frequenti Agasiae nominis mentione colligere licet [44]). Agasiae enim Ephesii, Dosithei filii gladiator est, qui Borghianus dicitur [45]); alter Menophili filius est [46]); tertium, Heraclidis patrem, e statua Parisina novimus [47]). — Praeter quos neminem, si aurificem Demetrium excipiamus [48]), nisi Posidonium novimus Ephesium [49]), qui circa Pompeji aetatem vixit, et Pharacem cujus aetatem plane ignoro [50]). Messalinum denique inscriptio Ephesina exhibet haec [51]):

Τέρπεο καὶ σκηνῆς πολυγηθέος ἔκτοθε μίμνων
Μεσσαλινοῦ κλεινοῖς ἔργμασιν ἡδόμενος,

ejusque *κλεινὰ ἔργματα* fortasse in pulcris istis anaglyphis Ephesinis agnosci possunt [52]), quae Hectoris vel Pa-

36) Ara ibi reperta haec habet: *ΧΑΡΙΛΑΑΣ ΜΕΝΕΣΤΡΑΤΟΣ*, quod Menestrati nomen equidem de artifice potius accipiam, quam Lacii, quod paulio ante est *ΛΑΚΙΟΣ ΤΟΝ ΒΩΜΟΝ ΕΙΣΑΤΟ*. 37) Adv. Graecos cap. LIII, p. 113 (ed. Worth). 38) Plin. XXXIV, 19, 3. 39) Plin. XXXV, 40, 25. 40) Plin. ib. §. 33. 41) Muell. Arch. §. 155, p. 151 s. 42) Muell. §. 157, p. 153. 43) Muell. 157* p. 154. 44) Muell. ib. 3. — Sillig. Cat. Art. s. v. — Thiersch. Epoch. p. 132. — Meyer p. 208. 292. — Clarac et Visconti p. 391: „il parait, que l'école d'Ephése tint un rang fort distingué parmi celles de l'Ionie". 45) Hunc inter Myronem et Praxitelem posuit Meyer p. 208. — Louvre 364 n. 262. Descr. l. l. 46) C. I. n. 2987, b. 47) Louvre Mars 411. Descr. p. 393. 48) Act. Ap. XIX, 24. 49) Caelator est apud Plin. XXXIII, 55. 75. cf. XXXIV, 19, 34. Thiersch p. 297. 50) Vitruv. III praef. §. 2. 51) Boeckh C. I. et Anthol. Palat. Append. 333. 52) In muris arcis Ajas-

trocli mortem exhibent; Achillem, Hectorem mortuum Priamo tradentem; foeminas denique Trojanas circa Hectoris cadaver plangentes [53]).

§. 5.

PICTURA.

Quod ad picturam Ephesi cultam attinet, multo in hac arte urbs nostra illustrior, quam in sculptura. Quum enim pictura in ipsa Graecia magnum jam florem assecuta, in Asiam Minorem quasi demigrasset, Ionicae quae dicitur scholae Ephesus praecipua sedes facta est [1]). Sed et multo remotiori aetate Ephesios, si non pingendi, tingendi sane, arte inclaruisse — qua in universum Lydos et Cares excelluisse Homerus jam praedicavit [2]) — et ex minii circa Ephesum frequentia (cf. c. I, §. 6, n. 20) conjici potest et phaleris regis Agesilai, Ephesi factis comprobari videtur [3]), in quibus similitudinem quandam cum antiquissima tingendi ratione apud Lydos usitata recte jam animadvertit Muellerus [4]).

Pictorum autem Ephesiorum primus est **Eueuor**, qui circa olympiadem nonagesimam floruit, Parrhasii pater atque praeceptor [5]); haud multo post (ol. XCV, 4) tota Ephesus pictorum plena fuisse dicitur [6]), cujus tamen multitudinis praeter Euenorem et, qui non magnae videtur auctoritatis fuisse, **Idaeum** [7]), nemiuem novimus

---

ink Prokesch p. 94. 95. 53) Quum enim haec anaglypha una cum theatri sedibus in muro isto collocata sint, et ipsa ex theatro huc delata esse, ubi Messalini opera erant, recte quis conjecerit.

1) Toelken Amalthea III, p. 123. — Clarac et Viscont. l. l. p. 393. — De schola Ionica in universum Mueller §. 137, p. 133 ss. 2) Iliad. IV, 141 ss. 3) Xenophon Hell. IV, 1, 39. 4) Mueller Arch. §. 73, 3, p. 52. 5) Plin. XXXV, 36, 1. Nonagesima autem olympiade fere — Euenor pater et praeceptor maximi pictoris. 6) Xenoph. Hell. III, 4, 17. 7) *Φάλαρα — περὶ τῷ ἵππῳ Ἰδαίου τοῦ γραφέως πάγκαλα* Xenoph. Hell. IV, 1, 39.

nisi Zeuxidem, in eodem prorsus ejusdem olympiadis anno a Plinio positum [8]). Patria is Heracleota erat [9]), quum vero artem suam Ephesi exerceret [10]), Ephesius quoque appellatus est [11]). Aequalis ejus erat Parrhasius, Euenoris Ephesii filius et discipulus [12]), quod ipse testatur in epigrammate:

Ἀβροδίαιτος ἀνὴρ ἀρετήν τε σέβων τάδ' ἔγραψε
Παῤῥάσιος κλεινῆς πατρίδος ἐξ Ἐφέσου,
Οὐδὲ πατρὸς λαθόμην Εὐήνορος, ὅς νιν ἔφυσε
Γνήσιον, Ἑλλήνων πρῶτα φέροντα τέχνης [13]),

quem ab olympiade fere XCVI artem exercuisse ex aetate patris conjicere licet [14]). — Ephorum praeterea novimus pictorem Ephesium [15]), a quo quum Apelles Colophonius [16]) artem edoctus sit [17]), praevalente scholae nomine [18]), Ephesius a nonnullis appellatur [19]). Theodorus Ephesius quo tempore vixerit nescio [20]). — De discipulis celeberrimorum, quos jam rettulimus pictorum [21]), et de operibus eorum Ephesi expositis [22]) fusius disserere mitto; aliorum autem pictorum haec Ephesi conspiciebantur: Timanthis Palamedes [23]), Calliphontis Samii

---

8) Plin. XXXV, 36, 2. 9) Sillig Cat. Art. s. v. — Plin. l. l. 10) Toelken l. l. p. 124. — Plin. l. l. §. 3. — Tabula ejus ibi exposita erat, Menelaum Choëphorum exhibens Tzetz. Chil. VIII, 196. 11) Tzetzes l. l. 12) Plin. l. l. — Strab. XIV, 642. — Paus. I, 28, 2. Suidas. Carlo Dati Vit. de Pittori ant. (Milan. 1806) p. 109. 13) Apud Athen. X, p. 543 D. 14) Sillig Cat. Art. pag. 317. — Meyer I, pag. 214. 15) Suidas s. v. *Ἀπελλῆς*. 16) Apud Suidam s. v. patria Colophonius est, *Θέσει δὲ Ἐφέσιος*. 17) Suidas l. l. 18) Toelken pag. 124 s. — Meyer 208. 19) Strab. XIV, pag. 642. — Lucian III, pag. 127 (Reiz.). — Ilgen Opp. phill. I, p. 28. — Guil. della Valle Proemio alla V. d. Apell. ap. Dati Vite p. 133. C. Dati ib. 152. 178. 179. 20) Diogen. Laert. II, 8, 19. 21) Clar. l. l. p. 393 Apelle et Parrhasius — y formèrent de nombreux éléves — Clesides, Perseus all. ap. Plin. 22) Tzetzes Chiliad. VIII, narr. 196—198. 23) Tzetz. 198. — Ptolem. Hephaest. ap. Phot. Cod. CXC ap. Westerm. Mythogr. p. 182.

Eris et pugua Graecorum ad naves [24]), quibus Euphranoris, Niciae et Timaretae tabulas addit Hirtius [25]).

§. 6.

RES NUMARIA.

De numis Ephesiis, ut quibus toties jam usi fuerimus, peculiarem quaestionem instituere vix opus est. Quare in forma tantum describenda paullulum subsistamus. —

Autonomi igitur argentei omnes sunt, iique, qui simplicissimam atque antiquissimam speciem exhibent, quadrato incuso ornati, modo nudo, modo rimis quasi in quatuor partes quadratas diviso, neque alio quoquam signo distincti sunt, nisi api, adscripto tantum *ΕΦ* (Mionn. III. 154. 155 saep.) vel etiam *ΕΦΕΣΙΟΝ* (ib. 152. 156 caett.). In aliis rimae, quae quadratum dividunt, magistratuum nomina exhibent (e. g. *ΤΙΜΕΣΙΑΝΑΞ* n. 157. 158. Sestini descr. p. 327 ap. Mionn. l. l.). Sequuntur, qui quadrato jam omisso etiam in aversa Ephesiae civitatis signa vel cultus symbola gerunt, ut cervum, ad palmam situm vel integrum, vel dimidiatum (159—173 caett.), in facie tamen apem semper retinentes, adscripto *ΕΦ*.

Inter quos aureus unus est, et antiquissimis Dianae symbolis consociatis et mira quadam typi pulcritudine excellens ad quem, ut qui simplicissimam simulacri formam et ab omni cumulatione remotam exhibeat, haud mirandum est toties nos in rerum sacrarum expositione recurrisse. In aversa Dianae venatricis caput est pulcherrima forma expressum.

Cistophori, de quibus cf. Eckhel. (D. N. IV, pag. 357 s. 353 s.) et Morgenstern. (Recensio XXX numorum ap. Richterum l. l. 607) argentei sunt, ne iis quidem exceptis, qui sub Romanorum imperio excusi sunt

24) Paus. V, 19, 2. 25) Temp. d. Dian. p. 40.

(Mionn. III, 193—206. — Suppl. VI, 260. 272) solitisque cistophororum typis insigniti. Quos vero praeterea sub Romanorum imperio excuderunt Ephesii, omnes fere aerei sunt, exceptis e. g. Mionn. VI, 342—345 all. Sed et hi pulcerrimis plerumque typis ornati, si ipsius Dianae simulacrum et bestiis et symbolis cumulatum excipias, quod tamen non apparet, nisi in numis Trium virorum et Imperatorum.

E symbolis autem horum numorum, quibus supra nondum usi sumus, haec adjicere placet. Iuveniuntur enim Dea Roma (Eckhel. D. N. II, p. 514. cf. §. 3, n. †*), lupa Romana cum Romulo et Remo (Mionn. III, 436. Suppl. VI, 432), Harpocrates (Mionn. III, 423), eques properans (cavalier en course Mionn. III, 432. Spanh. Diss. IX), musca in corona laurea (Mionn. III, 203—207), Ephesiorum Victoria, clypeum gestans (*ΝΕΙΚΗ* Spanh. Diss. IX), Fortuna cum prora (*ΤΥΧΗ* Mionn. III, 408. 434) et, quod apud Mionn. III, 465. 468 invenitur,

ΤΟ ΑΓΑΘΟΝ ΕΦΕΣΙΩΝ.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pagina 1, linea 6 pro *τὲ* lege *τε*. || P. 3, n. 1 adde Prokesch p. 88. || P. 4, l. 7 p. maxique l. marique. || P. 7, n. 14 p. *δὲ* l. *δέ* et n. 15 p. *τὲ* l. *τε*. || Ibid. n. 21 adde *ἡ ἀκρόπολις* apud Ducam Hist. Byz. c. XVIII p. 82, 5 ed. Bekker. et n. 22 p. telligi l. intelligi. || P. 9, l. 22 adde Soranum, Asiae provinciae Proconsulem, portui aperiendo curam denuo insumsisse Tacit. Ann. XVI, 23. || P. 10, n. 48 adde Prokesch p. 93. 94. et Texier Asie Mineure Avert. p. IV. || P. 11, n. 3 p. *δὲ* l. *δέ*. || P. 12, n. 11 adde Prokesch p. 119. || P. 13, l. 16 adde alium fontem in urbis monticulo (Ceryceo?) apud Hamilton p. 25. || P. 15, n. 36 adde Prokesch p. 118. 119. || P. 19, l. 1 p. potius l. potuit. || P. 20, n. 24 p. *περὶ τίνα* l. *περί τινα* et n. 25 p. *ἣν* l. *ἥν*. || P. 23, n. 18 adde Dallaway p. 221. || P. 25, n. 8 *Ἀρμενίη* retinet et pro Lunae nomine accipit Welcker ad Schwenk. Andeut. p. 264. || P. 26, n. 18 p. *χοίριον* l. *χωρίον*. || P. 27, n. 4 adde Schol. in Plat. Parmen. p. 304. Tauchn. || P. 28, n. 11 p. *αὐτὸς* l. *αὐτός* et p. *τουτῷ* l. *τούτῳ*. || P. 28, n. 14 p. *φόραν* l. *φοράν*. || P. 29, n. 22 p. *ἄλλα* l. *ἀλλὰ* et p. *ὁρκοὺς* l. *ὅρκους*. || Ibid. n. 24 p. *βόυλη* et *φύλη* l. *βουλή* et *φυλή*. || P. 33, l. 4 p. Ephesii l. Ephesiis et n. 9 adde Vitruv. IV, 1. || P. 36, n. 35 adde Suid. s. v. *Εὐρύβατος*. || P. 37, n. 42 p. miro l. mirum. || P. 40, l. 9 p. domitiationem l. dominationem. P. 42, n. 5 p. *ἀνδρὰς* l. *ἄνδρας* et p. *ἀναγκῆς* l. *ἀνάγκης*. || P. 43, l. 3 p. spes l. spem. || Ibid. l. 20 ante ab adde ut. || P. 47, n. 56 p. *Αἴγος ποτομοῖς* l. *Αἰγὸς ποταμοῖς*. || P. 54, l. 13 Pelagontis nomen in numis Ephesinis invenitur Mionn. III, 169, ubi pro *ΠΕΛΑΑΤΟΝ* procul dubio *ΠΕΛΑΑΓΟΝ* legendum est. || P. 58, n. 24 p. *φροῦρα* l. *φρουρά*, uti corr. p. 62, n. 51 et p. 63, n. 56. || P. 60, n. 34 p. *ναῦσιν* l. *ναυσὶν*. || P. 61, l. 20 p. converti l. conversi. || P. 67, l. 7 Notandum est Ephesios Aristonico favisse primum, tum vero a Romanis coactos pugna navali eum vicisse. || P. 70, l. 20 ss.

adde Ducas Hist. Byz. Cap. II, p. 13, 17 ss. et Gregoras V. VII, 1 apud Bullialdum ad Ducam II (p. 534). Cap. III, p. 14, 8. Cap. XVIII. XIX, p. 81—89. || P. 78, n. 1 p. ἄνδρασι l. ἀνδράσι. || P. 80, n. 9. De Upi optime exposuit Welcker ad Schwenck. And. p. 262. || P. 81, n. 14. Ὦπις, Dorisch Ὦπις, Ionisch Οὖπις, wie οὖρος für ὅρος, οὖλος für ὅλος, Οὔλυμπος, in anderer Mythologie Ops. Welcker l. l. || P. 81, n. 11 p. Θρακὲς et Κρητὲς l. Θρᾷκες et Κρῆτες. || Ibid. n. 16 post 4. adde Glaucothoë Nereïs Apollod. I, 1, 7 et post 6. Palaephat. De Incredibilibus XXVIII. Heraclit. De Incred. X. | P. 82, l. 11 post tria capita Mercurius adde: et quatuor. Eustath. ad Iliad. XXIV, 333. Hesych. s. v. Ἑρμῆς. || P. 84, l. 13 pro nullibi l. usquam. || P. 85, l. 8 p. νηόσσοος l. νηοσσόος. || P. 88, l. 15. 17 p. marinos l. marinas et l. 18 p. sacros l. sacras. || Ib. n. 4 p. Δαΐτις et βασιλεως l. Δαιτίς et βασιλέως. || P. 89, n. 5 p. πλήσιον l. πλησίον. || Ibid. n. 8. adde: Periclymenus Neptuni f. Apollod. III, 6, 8 et Periclymenus Nelei f. (Schol. in Plat. Parmen. p. 303 Tauchn.), cui magnopere favit Neptunus Apollod. I, 9, 9. || Ib. n. 9 adde Schwenck And. p. 232. || Ibid. n. 11. Cf. quae de Ῥήσῳ fluvio habet Schwenck And. p. 90 et quae de ῥ praefixo p. 135. 168. 207. 209, not. 1, cett. || P. 96, n. 1 Ἐφέσηα (uti l. p. Ἐφεσήα) C. I. n. 3208. || P. 98, n. 22 adde Schwenck p. 64. || P. 99, l. 1: Insula Taphus a Taphio conditore appellata Apollod. II, 4, 5. || P. 99, l. 9 Ἀπὸ δὲ τῆς Ἀρτέμιδος τοὺς οἰκοῦντας καὶ τὴν πόλιν κληθῆναι Etym. Mgn. s. v. Ἔφεσος. || P. 101, l. 10. Huc quoque pertinet, quod Dianae Ephesiae nomen Ἀρμετίη, quod supra (c. II, §. 1, n. 8) in Αἰμονίη mutandum censui, ad lunam procul dubio spectat, ἀρ syllaba, ut in permultis aliis vocibus pro ἀρι praeposita. Welcker l. l. p. 263. 264 in. || P. 102, n. 16 adde Anthol. II, p. 300 et Welcker l. l. p. 261. 262. || P. 107, l. 2 p. dilatatio l. dilatio. || Ib. n. 28 Mueller (Dor. I, 388) inter sacerdotes Dianae Ephesiae Myxum refert ex Actis Apost. V, 44, ubi tamen, sicuti in universo Novo Testamento, nomen illud non invenitur. || P. 109, l. 10 p. qua l. quo. || P. 110, l. 4 pro templo l. templi. || P. 111, n. 71 p. ἀποκειμένα l. ἀποκείμενα. || P. 112, l. 18. Ad sacra convivia inscriptionem Ephesinam referendam censeo, quam, e Kiepertii schedis mihi traditam, hic primus edo:

ΠΑΝΤΕΣ ΕΝ ΤΩΙ ΙΕΡΩΙ ΤΗΣ Α[ρτέ]*ΜΙ*[τος ...... ἢ μὴν μήτε
ΜΕΤΑΘΗΣΕΙΝ ΜΗΤΕ ΤΡΟΠΩ ΜΗΔΕ [νὶ ἐάσειν μετατεθῆναι μηδὲν
ΤΟΥΣ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΕΦΗΒΟΥΣ ΑΠΟΚΡΙΝΟ [μένους
το]*ΥΤΕ ΙΕΡΟΥ ΤΗΣ ΑΡΤΕΜΙΤΟΣ ΚΑΙ ΤΗΣ Π*[όλεως ...... τῷ γρα
ΜΜΑΤΕΙ ΤΗΣ [πόλεω]*Σ ΥΠΟ ΤΩΝ* [ἐν τῷ ἱερῷ?
ΚΑΙ ΤΑ ΣΙΤΙΚΑ [παρέχεσθαι?] *ΤΑ ΠΑΝΤΑ ΚΟΙΝΑ*

ΔΗΜΟΥ [*ἀφ*]*ΕΙΣ* [*δ*]*ΑΙ* [*δὲ κ*]*Αὶ π*]*ΡΟΧΡΗΣΑΙ ΠΑΡΑΧΡΗΜΑ ΤΩΝ*
Quae uncis inclusa sunt v. 1—3. 7. 8. Ill. Franz restituit. Quo in decreto, praemisso ne quid unquam in sacris mutaretur, praecepto (v. 1. 2.) de actate primum eorum agitur, qui ad convivia admittendi siat: *τοὺς εἰς τοὺς ἐφήβους ἀποκρινομένους* (v. 3). De ephebia apud Ephesios cf. Xenoph. Eph. 1, c. 1. 2. In sequentibus indicari videtur, qua ratione a magistratibus templi et urbis *τοῦ τε ἱεροῦ καὶ τῆς πόλεως*, e. g. *τῷ γραμματεῖ τῆς πόλεως*, *τὰ σιτικὰ* praestari debuerint (v. 4. 5). Quae denique sequuntur (v. 6) *τὰ σιτικὰ παρέχεσθαι τὰ πάντα κοινὰ* aperte docent, de sacris conviviis hic agi, quorum cura et ad templi et ad urbis magistratus acque pertinuit. || P. 116, n. 3 *'Εφέσια* C. I. n. 3208. || Ib. n. 5 adde Mionn. III, n. 381. || Ib. n. 6. Ad musicam festorum partem pertinet, quod Septimius Pubiius *κιθαρῳδὸς μόνος* in Ephesiis vicisse dicitur C. I. n. 3208. || P. 117. l. 2. In eadem ista inscriptione *Βαρβίλληα* festa memorantur a Barbillio astrologo Ephesi sub Vespasiano Imp. instituta cf. Boeckh ad. l. l. || P. 123, l. extr. p. vix dubitandum est, dummodo l. facile concedet. || P. 124, n. 45 *'Εφέσου 'Ολύμπια* C. I. n. 3209. || Ib. n. 46 *'Αδριάνεια* (*κιθαρῳδὸς νικήσας*) C. I. n. 3208. || P. 126, l. extr. p. comprobant l. comprobent. || P. 129, l. 1, p. *ἐκ* l. *διά*. || P. 137, l. 2. 3. Summopere meae sententiae favet et aliud matris Cercopum nomen, quo *Αἴμνη* audit apud Suidam s. v. *Μελαμπύγου τύχοις* et quod ipsius Oceani filii appellantur Cercopes: *οὗτοι οἱ Κέρκωπες* (*ὥς φασιν ἄλλοι ἐκ*) *Θείας καὶ 'Ωκεανοῦ* Suid. s. v. *'Αγορὰ Κερκώπων*. *Εὐρύβατος*. || P. 138, n. 57 *Γένος δ' ἴσαν Οἰχαλιῆες* Diotimus apud Suid. s. v. *Εὐρύβατος*. || P. 141 in loco Philostr. Vitt. Soph. l. 2. dele *ἐν*. || P. 149, n. 36. l. *βιβλιοθηκῶν προύστη*. || P. 152, n. 67 p. *πάθων* et *φαρμακῶν* l. *παθῶν* et *φαρμάκων*. || P. 160, §. 1, l. 2 p. quadringesimam l. quadragesimam. || P. 175, n. 38. l. *ἔκειντο*. || P. 180, l. 1 Porta n. 6 falso *πύλαι Μαγνητίδες* audit, quae denominatio ad portam n. 7 spectat. Leviora ceterum peccata velut p. 2, l. 19 nb, l. 6, n. 2 *επὶ*, p. 15, n. 35 *ἴς*, p. 24, n. 1 *πολύ*, p. 25, n. 8 *σὺν*, p. 27, n. 3 *ἡγοῦντο*, l. 28, n. 13 *Κλαζομένιων*, p. 30, l. 1 es, p. 34, n. 18 *καθορθοῦντων*, p. 37, n. 42 *'Εφέσω*, p. 42, l. 20 *ὑπ'*, lb. n. 5 *ἀνταιρουμένους*, p. 50, l. 5. 6 restiturum et aggredetur, p. 78, l. 6 ud, p. 79, n. 7 *Ανδώνη*, p. 82, l. 11. 12 quingaginta et Trioptbalmus, p. 95, n. 7 *Αἴγες*, p. 125, l. 1 *Σωτῆρος*, p. 147, l. 12 Brunckbius, p. 186, l. 20 bovibus, haec et similia lector benevolus ipse tollat.

INDEX.

(Siglis app. significatur appellatus, cogn. = cognomentum, Eph. = Ephesia, Ephesius, Ephesus omni casu ac numero, f. = filius, fl. = fluvius, Imp. = Imperatore, m. = mons, mag. = magistratus, opp. = oppidum, tyr. = tyrannus; M. = Mionnet, S. = Supplément. Nomina majusculis graecis scripta nullo siglo adjecto archontum sunt, asterisco (*) praeposito scribarum, duplici asterisco (**) pontificum. Numerus prior paginae est, alter notae.)

A.

B.

C.

D.

F.

G.

H.

I.

L.

M.

Q.


R.

U.


V.

X.

Typis A. G. Schadii.




H Kiepert del




Typis A. G. Schadii.


E. Guhl, Ephesiaca. III.

TEMPLUM DIANAE.



TEMPLUM DIANAE.







E. Guhl del.

In Addendis ad p. 107, n. 28 falso dixi Muellerum ex Actis Apostolorum Myxum quendam referre, sacerdotem Ephesium. Locus enim, quem laudat Muellerus, Michaelis Apostolii est (Cent. V, proverb. 44), ubi Myxus sane invenitur; nomen autem illud proprium est, neque de munere sacerdotali apud Ephesios intelligendum.